

sine premio, benigna est, gratuita est: si cum mercede, conducta. Idem. 1. de nat. deor. Prata, & arva, & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est, id est, non ad fructum relata, sed ad illius commoda qui diligitur: alioqui mercatura est, non amicitia.

Gratitudo, adverbium: Gratis, sine pretio. { חַנּוּן chinnam. au. Di. GALL. Sans loyer & recompense, gratis. ITAL. Senza premio, senza aspettar ricompensa. GERM. Duerdientlich/freywilliglich/omb sunst. HISP. De balde, sin precio. ANGL. Frechly, for nothing. } Sueton. in Casare, Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna Senatus gratitudo, aut levi fœnore obstructis. Cicer. 2. Offic. Dilecti igitur hominis, & facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas, & non gravatè & gratuito defendentis, beneficia & patrocina latè patent.

Grates, numero tantum plurali, & in hac tantum terminatione, gratia que referri debet pro accepto beneficio. { תּוֹדָה todhad. גָּרָטִיס. ANGL. Thanks. } Virg. lib. 1. Æneid.

Grates persolvere dignas

Non opis est nostra, Dido.

Cic. in somn. Scipion. Et grates (inquit) tibi ago summe Sol. Plaut. Milit. se. 5. act. 2. Inde ignem in aram, ut Ephesix Dianæ lætas laudes Gratesque agam. Quint. Curt. Grates habebant, veluti præsentis deo. Liv. 7. bell. Pun. Discursum inde ab allis circa templa Deum, ut grates agerent. Tacit. lib. 20. Sed præcipuo deorum Marti grates agimus. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Iure tibi grates, Candide lector, ago.

Livius initio orationis M. Marcelli 7. bell. Pun. Diis immortalibus, ut in tali re (inquit) laudes Gratesque agam.

Gratificor, aris: Rem gratam facio. { חָנַן chanan. גָּרָטִיס, גָּרָטִיסִי. GALL. Faire bien, plaiser, ou servir, faire au gré, ou chose agreable, gratifier. ITAL. Far cosa grata, far piacere ad alcuno. GERM. Ein dienst thun/etwas dienstlichs beweisen. HISP. Gratificarse al menor en gracia. ANGL. To do or shew oneself. } Cic. Lentulo. Quod Pompeio se gratificari putant. Idem Valerio famil. lib. 1. Cur tibi hoc non gratificer nescio. Gratificari suam libertatem. Salust. in Jugurth. Potentia paucorum decus atque libertatem, i. gratias concedere, vel gratia loco. Differunt tamen gratificari, & gratum facere, quod gratificari in se contineat quiddam majus; est enim beneficium esse. Cicer. lib. 1. de nat. deor. Deum hominibus gratificari, non gratum facere: quasi gratificari sit beneficia conferre: gratum facere, obsequi, & inservire. Cic. lib. 13. Epist. Si hunc juvenis, gratissimum mihi feceris. Gratificari gratiam. Salust. de republ. ad Casarem: Neque aliter quisquam extollere sese, & divina mortalis attingere potest, nisi omissis pecunia & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo, perverisam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque præceptis & factis fortibus exercitando. } Gratificari, pro Favere & ornare. Cic. 3. de legibus, Uti in eo sit ipsa libertas, quod populo potestas honestè bonis gratificandi datur.

Gratificatio, nis. { חַנּוּן channan. חֶסֶד chesed. גָּרָטִיסִי. GALL. Plaisir fait, bienfait, gracieuseté, amitié. ITAL. Piacere fatto per gratificarsi alcuno. GERM. Ein dienst beweisen. HISP. Aquella obra de gratificarse bien hecho. ANGL. A doing or shewing of pleasour. } Cic. 1. de natura deorum, Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & benevolentiam ponitis? Impudens gratificatio. Idem 3. de lege Agrar.

Gratito, anseris est, à sono. Italis est gratidare. }

Grator, aris: Gratulor, lætor ob felicitatem, vel commoda, gaudet. { בָּרַךְ beréch. גָּרָטִיס, אוֹדִימוּ. GALL. S'êjoir du bien advenu, remercié. ITAL. Ringratiare, allegarsi. GERM. Frolocten/von wols sein frolich sein. HISP. Alegrarse con otro por su bien. ANGL. To be glade. to give thanks to. } Virg. 4. Æneid.

Inveni germana viam, gratare sorori.

Ovid. 8. Metam. — totoque libens mihi pectore grator.

Gratari superis, est diis gratias agere, & ob felicem rei alicujus successum sacrificare, quod Græci dicunt, γράτῃσι. Ovid. 2. Fast.

Quisquis ades, castaque colis penetralia Vesta,

Gratate, Iliacis thuræque pone focis.

Gratitudo, a, um: Gratulabundus. { בָּרַךְ meharéch. גָּרָטִיסִי. GALL. Qui montre face de se réjoir du bien advenu à soy, ou à quelqu'un. ITAL. Qualunque che si a lieto del bene avvenuto à se, ò ad altri. GERM. Frolocten/sich frewend. HISP. El que mucho se alegra con otro por su bien. ANGL. That sheweth him self to be glade for the good luck that is happened to him or another. } Tacit. lib. 17. Et proximi militum gratulandi respondent. Livius lib. 7. ab urbe.

Gratitudo, aris, i: Grator, gratulationem facio, lætor. { בָּרַךְ beréch. אוֹדִימוּ, אוֹדִימוּ, אוֹדִימוּ. GALL. Dire & montrer qu'on s'êjoir du bien & prospérité advenue. ITAL. Rallegrarsi, congratularsi, mostrare di rallegrarsi del bene di alcuno. GERM. Frolocten/freud erzetgen. HISP. Alegrarse con otro por su bien, y gozar de algun bien. ANGL. To shew him self glade for the luck that is happenell him self or another. Triplicem ferè habet constructionem. Interdum enim absolute ponitur sine aliquo casu à tergo. Ovid. 3. de arte amand.

Prisca juvent alios, ego nunc me denique natum

Gratulor.

Interdum solo dativo contentum est, Trebonius Cic. lib. 12. Itaque tibi (quod verè facere possum) libenter quoque gratulor. Nonnquam etiam accusativum habet cum dativo. Cic. 2. in Verrem, Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Ovid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.

Tota tibi mente mihique

Gratulor, ingenium non latuisse tuum.

Plaut. Capt. se. 2. a. 3. Gratulantur mihi eam rem. Item, Vix ex gratulando eminebam. Et apud Liv. lib. 6. dec. 4. & lib. 5. dec. 5. habet accusativum cum dativo. Invenitur etiam aliquando cum solo

accusativo, ita tamen ut dativus subaudiatur. Terent. in Eunucho. Salutant, ad eam vocant, adventum gratulantur. Converteritur aliquando ad accusativum in ablativum gratulationis. Cic. Lentulo, Quod mihi de nostro statu, & de Milonis familiaritate, de levitate & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur. Et ita Livius anted. lib. 5. dec. 5. Interdum etiam sine præpositione. Cælius Cic. lib. 8. Gratulor tibi affinitate viri medijs fidius optimi. } Aliquando significat, pro re bene gesta gratias diis agere, quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, curruque aurato in Capitolium veeti, Jovi pro felici rerum successu taurum immolabant, quod Græci dicunt, γράτῃσι. Ennius in Hecuba, Jupiter tibi summe, tandem male re gesta gratulor. Liv. Triumphantes in Capitolium ascendebant, Jovi Optim. Maxim. cælestique diis gratulari. } Hujus compositum est Congratulor.

Gratulatio, nis: Testatio gaudii ob felicem successum. { בָּרַךְ braché. גָּרָטִיסִי, גָּרָטִיסִי. GALL. La joye qu'on témoigne du bien & prospérité advenue aux autres, ou à nous, conjouissance. ITAL. Allegramento, allegrezza, congratulatione, il rallegrarsi di prosperità avvenuta à fuori, ò ad altri. GERM. Froloctung/glückwünschung. HISP. Aquella obra de alegrarse con otro. ANGL. A rejoising in ones be half. } Cic. Attic. Mihi facta statim est gratulatio Idem 2. Verr. Nuntiator mihi, maximam gratulationem huic esse factam. } Aliquando significat lætam supplicationem & gratiarum actionem, γράτῃσι, quæ à Senatu nomine alicujus Imperatoris, qui rem in bello feliciter gesserat, ad omnium deorum templa solet decerni. Cic. in Catil. Cateris semper bene gestis, mihi uni conservatæ Reipublice gratulationem decrevistis. Idem ad Brutum, Sed tamen tam recentis gratulationi, quam tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus, &c.

Gratulabundus: Valde gratulans. { בָּרַךְ meharéch. גָּרָטִיסִי. GALL. Qui s'êjoit ou montre de s'êjoir de sa prospérité, ou de celle d'autrui. ITAL. Che sta lieto del bene avvenuto à se, ò ad altri. GERM. Hestig froloctend. HISP. El que mucho se alegra con otro por su bien. ANGL. That rejoyseth greattie for the good luck that es lappenes to him self or another. } Gell. lib. 3. cap. 15. Quumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, &c.

Gratianopolis, Grenoble. V. E. ad Isaram fl. sub A. Viennensi, in qua residet Parliamentum Delphinatus, à Carolo VII. Galliarum Rege institutum. Sic dicta est ab Imp. Gratiano, cum antea Cularo vocaretur. }

Gratidia, γράτῃσι. Proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguentaria, ac maleficæ, quam Horat. in Epod. Ganidiam nominavit.

Gravastellus, senior: ut puto à gravitate dictus. Fest. Sed vide Ravastellus. }

Gracæsum, Caucasum montem nominantur Scythæ, quod illorum lingua significat nive candidum. } Ein schneeburg Scythien in Asia legen. } Author Plin. lib. 6. cap. 17.

Gravina, Gravina. V. E. regni Neapolitani, sub A. Materano: gaudet titulo Ducatus. }

Gravionarium, oppidum est Germaniæ, apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Bamberg.

Gravis, e, à γῆρας, vel γῆρας, vel à γῆρας, significat ponderosum, quod scilicet suapte natura deorsum fertur } Levis, quod sursum fertur. } בָּרַךְ chabád. βαρὺς, βαρῆς, βαρὺς. GALL. Pesant, fâcheux, grave, difficile à porter. ITAL. Grave, ponderoso. GERM. Schwær/gevichtig. HISP. Cosa grave, molesta y pesada. ANGL. Heavy of weight. } Virg. 1. Georg.

Vomis & inflexi primùm grave robur aratri.

Ovid. 13. Metam.

— onerosa gravisque Pelias Hasta.

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Indocili numero cum grave mollit opus.

Plaut. Pseud. se. 1. a. 3. Si quispiam det cui manus graviot fiet (id est, pecuniam adferat.) } Gravis vulnere (i. tardus.) Virg. & Velleius. Item Liv. lib. 6. dec. 4. } Gravis valetudo, & prospera, opponuntur, Suet. cap. 31. } Per translationem dicitur, Gravis fructu vitis, apud Quintilian. (i. gravis) ut infra loquitur Ovidius in Gravidus, morbus gravis, senectus gravis, id est, molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque hujusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè velint deponere, γῆρας, βαρὺς, βαρῆς. Cic. in Catone, Quod nonnunquam senectutem tibi gravem esse senserim. Grave, i. molestum. Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

At tibi qui transis, ne sit grave dicere.

Ibid. Eleg. 1.

Dicite lectores, si non grave, quæ sit eundum.

Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Iamque parum firmo me mibi ferre grave est.

Gravis item accipitur pro constanti & severo, quandamque auctoritate & gravitate prædito, quod Græci dicunt σπουδῆς. } ἰσχυρὸς iakkir, בָּרַךְ nichbád. GALL. & ITAL. Modeste, grave, sérieux. GERM. Ernsthaftig/standhaftig. HISP. Modesto, no liviano. ANGL. Sage and modest. } Quæ significatio inde ducta est, quod quemadmodum gravia & majora onera non facile loco moventur, ita homines severi & constantes, nec minis, nec precibus ab æquitate avelluntur. Cic. de Orat. Vir auctoritate gravis. Idem alibi, Vir prudens & gravis. Idem in Hortensio, Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide gravius? } Variis aliis modis dicitur grave, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cic. 3. Offic. Magnum illud bellum, & gravem adversarium imperii sustulissent. Ovid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.

Stella gravis nobis lucifer ortus erat.

Item grave vulnus. Idem Eleg. 1. lib. 5.

Acceptoque gravi vulnere flere vetas.

Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist.

Curriculo gravis est facta ruina meo.

Pro forti & robusto. } πῆν chazák. ἰσχυρὸς. } Virg. lib. 5.

Prima pares ineunt gravibus certamina remis.

Pro grandævo. Idem 5. Æneid.

Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

¶ Pro solido, firmo, constante, ἀσπίς ἄλιος. Cic. lib. 1. Offic. Ut jam sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regulâ metimur. ¶ Pro tristi. Virg. lib. 8.

— graviôrne nuntius aures

Vulneret.

¶ Æs grave à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco quod non numero, quemadmodum hodie, sed pondere in solutionem caderet. Liv. lib. 4. Patres benè cœptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi, & quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam ad æratium convehentes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plin. lib. 33. cap. 3. Servius, inquit, rex primus signavit æs: antea rudi usos Romæ Timeus tradit. Cornel. Tacit. lib. 1. Tenuia gravi cœno. ¶ Pro necessario. Lucil. lib. 29. Habeâsque animo, mihi admodum causam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. ¶ Pro pleno. Virg. 1. Æneid.

Tum pietate gravem ac meritâ si fortè virum quem conspexere, silent.

¶ Pro fecundo, & frugifero. Idem,

Quid labor, aut benefacta juvant? quid vomere terras Invertisse graves?

¶ Pro multo. Varro apud Nonium, Ubi graves pascantur & alantur pavonum greges. Salust. lib. 3. Cœpit per omnem provinciam grave pretium fructibus esse. ¶ Pro amaro. Var. Quinquatribus, ut citat Nonius, Absinthium ut bibam grave & castoreum. ¶ Nonnunquam etiam pro grava. Virg. 1. Æneid.

— donec regina sacerdos

Marte gravis.

Idem Eclog.

Non insueta graves tentabant pabula fœtas.

Graviusculus, a, um. Gell. cap. 11. lib. 1. Sensim graviusculum sonum inspiraret.

Grāvītās, atis: Pondus, ponderositas. חבב chobédh. βάρος, βαρύτης. GALL. Pesanteur, gravité. ITAL. Gravezza, peso. GERM. Schwärte. HISP. Gravezza, pesadumbre y molestia. ANGL. Heaviness, weightiness. Cic. 1. de nat. deor. Tanta gravitas & ponderum. Idem de Fatio, Atomos gravitate & pondere moveri. ¶ Accipitur & pro constantia, & severitate, quam Græci σιμύνητα vocant. ἔγρη ἔδher. ANGL. Sagenesse, discretnesse. Cic. Attic. Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. Offic. Catoni incredibilem tribuit natura gravitatem. ¶ Gravitatis morbi, id est, magnitudo, apud eundem de nat. deor. ¶ Gravitatis cœli, id est, intemperies aëris. Idem Attic. Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus.

Grāvītēr, molestē, ægrē. βάρως, δουρεός. GALL. Griefvement, gravement, avec peine & difficulté. ITAL. Gravamente, molestamente. GERM. Schwärtsich, vast äbel. HISP. Grave y pesadamente. ANG. Grouslie. Salust. in Cic. Graviter & iniquo animo paterer maledicta tua, M. Tulli, &c. Cic. de Aruf. resp. Id graviter equidem, sed aliquantò levius ferebam, quod, &c. ¶ Accipitur item graviter, pro constanter, severe, & cum quadam autoritate. GALL. Dans le serieux, serieusement. Cic. de Orat. Thucydides res gestas narrat graviter, sanè, & probè. ¶ Interdum etiam pro valde, sive vehementer. ἔγρη meódh. ἐφίδη. Cæcilius Plotio, ut citat Nonius, Placere occæpit graviter, postquam est mortua. Cic. in Catil. Si me meis civibus suspectum tam graviter atque infensum viderem, &c. Sic graviter ægrotare, id est, vehementer, & periculose, apud eundem lib. 1. Offic. & lib. 2. de fin. ¶ Gravissimè opinari de aliquo. Suet. in August. cap. 67.

Grāvēdo, inis: Capitis morbus, quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, easque claudit vocem obtundens, & tussim siccam movens. ἔγρηζα. GALL. Pesanteur de teste, distillement de cerveau, catarre, fluxion. ITAL. Pesamento di testa, distillatione, fied-dore. GERM. Ein stus des hauptes so das schwär macht / der pfmusef. HISP. El romadizo. ANGL. Heaviness or dizziness of the head, a murre or desillacion of the brayne. Cels. lib. 4. cap. 2. Aliud à distillatione malum, quavis non multum distans, gravedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet: sub eadem salvia est saliva, sonant aures, venæ moventur in capite, turbida urina est. Hæc omnia ἔγρηζας vocat Hippocrates: nunc video apud Græcos in Gravedine hoc nomen servari, distillationes ἔγρηζαμὸς appellari. Plaut. in Asinar. Quod illa autem simulet, quasi gravado profluat: hoc ne sic faciat, tu labellum abstergeas. Cic. Attic. lib. 16. Gravedini, quæso, omni ratione subveni. Plin. lib. 23. Gravedinem enim capiti morbumque lethargicum faciunt. Suet. in Aug. cap. 8. Gravedine tentari.

Grāvēdīnōsūs, a, um, qui gravedine infestatur, quique ad eum morbum est proclivior. ἔγρηζάρ, ἔγρηζάδης. GALL. Qui est sujet & coitumier d'avoir pesanteur de teste, catarreux. ITAL. Soggetto à pesamento di testa. GERM. Pfmußlechtig. HISP. Cosa arromadizada, que tiene peso de cabeça. ANGL. That hath an heavie head, that hath murre or poze. Cic. 4. Tusc. Itaque dicimus quosdam gravedinosos, quosdam terminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint. Plin. lib. 8. cap. 15. appellat eruum gravedinosum, quod bubus in pabulo gravedinem facit.

Grāvēdīēps, tis, omnis gen. quod gravem habet odorem. ἔγρη βοέsch, ἔγρη namák. δουάδης. GALL. Qui sent fort, qui sent mal, de mauvaise odeur. ITAL. Che a cattivo odore. GERM. Obel riechendt obel stinckend. HISP. El que hiede de la boca. ANGL. That hath a strong stinking savour. Virg. 4. Æneid.

— ad fauces graveolentis Averni,

Plin. lib. 27. cap. 8. Graveolentibus foliis.

Grāvēdīēntiā, æ: Gravis odor. ἔγρη βοέsch, ἔγρη tsachanáh, ἔγρη mak. δουάδης. GALL. Mauvaise odeur, mauvaise senteur. ITAL. Puzza, lezzo. GERM. Ein starcker böser geschmack. HISP. Hedor de la boca, mal olor. ANGL. A strong stinking savour. Plin. lib. 20. cap. 9. Sylvestris, sive erraticæ brassicæ effectus multò plus laudat Cato, adeo ut aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel

odore tantum natis raptis, vitia earum, graveolentiámque sanare affirmet.

Grāvō, as: Onero, sive grave reddo. ἔγρη הכבד chichidh. ἐγρηζω, βαρύνω. GALL. Grever, charger. ITAL. Gravare, caricare. GERM. Beschweren / belästigen. HISP. Agraviar, hazer pesado à otro. ANGL. To greive, to burden, to lode. Cic. 1. de divinaz.

Iam verò semper viridis, sempèrque gravata Lentiscus triplici solita grandescere factu.

Liv. 25. Gravatis omnibus vino somnoque, Caput gravatum, hoc est, gravedine laborans. Colum. lib. 6. cap. 9. Signa febricitantis, manantes lacrymæ, gravatum caput, oculi compressi. ¶ Interdum gravare accipitur pro molestia afficere. Virg. 2. Æneid.

— Nec me labor iste gravabit.

¶ Nonnunquam etiam pro gravius & molestius aliquid reddere. Ovid. 5. Trist. Eleg. 11.

At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore, Nomine mendaci parce gravare meam.

¶ Hujus composita sunt, Aggravo, Degravo, Ingravo, & Prægravo: de quibus suis locis.

Grāvōr, aris, deponens: Molestor, offendor. ἔγρη jaráh. βαρύνω, δουρεός. GALL. Etre grevé, faire à regret & ennuy. ITAL. Aggravarsi, haver à male. GERM. Sich beschwären / ein verdruß haben / mit beschwörd etwas thun. HISP. Ser grave, hazerse pesado. ANGL. To be greived. Plaut. in Trinum. Non gravabor, faciam ita ut vis. Idem in Rud. Cur tu aquam gravare amabò quam hostis hosti commodat Cic. de Amic. Ego verò non gravarer, si mihi ipse confiderem. Liv. 1. ab Vrbe. Minus tamen plebs gravabatur se templa deum exadificare manibus suis. ¶ Gravari cum accusativo. Quintil. lib. 1. cap. Quæ si quis gravabitur, non rationi defuerit, sed oneri. Lucan.

Romanos odere omnes, dominosque gravantur:

hoc est, graviter ferunt dominos. ¶ Est etiam gravor, verbum passivum, à verbo Gravo: ut, Lentiscus triplici factu gravata, apud Cic. 1. de Divin.

Grāvātūs, particip. ἔγρη βαρύνω, δουρεός. GALL. Grevé, chargé, qui fait quelque chose à regret. ITAL. Gravato, carico, buono che fa alcuna cosa mal volentieri. GERM. Beschwärt. HISP. Aggravado, que una alguna cosa con peso. ANGL. Greived, burdened, loded. Plaut. in Rudente. Nam vox me precantem huc foras excitavit, bonam atque obsequentem deam, atque haud gravatam Panoniam exiequantur, benignamque multum, id est, quæ ex animo facit quod ab ea petitur, non invita, aut ægrè.

Grāvātē, adverb. Invitè, non libenter, cum molestia, ægrè. ἔγρη ἄλοberatōn. ἀκούσιος, δουρεός. GALL. A regret. ITAL. Gravosamente. GERM. Mit beschwörd / unwilliglich / ungem. HISP. Gravamente. ANGL. Grouslie. Plaut. in Bacch. Quam gravatè pater dedit, id est, quam ægro animo & invito. Cicero pro Balbo, Qui erranti comiter monstrant viam, benignè, non gavatè. Idem lib. 2. Offic. Gavatè ille primò: quid multa? impetrat.

Grāvātīm, aliud adverbium, gravatè, ἀκούσιος. Liv. 1. ab Vrbe, Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.

Grāvēscō, is: Gravis fio, oneror. ἔγρη chabádth. βαρύνω, δουρεός. GALL. Devenir pesant, s' appesantir. ITAL. Aggravarsi, farsi grave. GERM. Schwär werden. HISP. Hazerse pesado. ANGL. To make heavy. Virg. lib. 2. Georg.

Nec minus interea factu nemus omne gravescit, id est, oneratur.

Plin. lib. 11. cap. 41. Cameli lac habent, donec iterum gravescant, hoc est, gravidæ fiant & prægnantes. Cels. lib. 6. cap. 6. Oculi cum dolore quodam gravescunt, i. gravantur. Valetudo gravescit, id est, gravior fit. Tacit. lib. 1. Hæc atque talia agitantes gravescere valetudo Augusti. Idem lib. 14. Malis publicis in dies gravescentibus. Hinc Aggravesco, & Ingravesco, de quibus suo loco.

Grāvīdūs, a, um: Oculustus, gravis. ἔγρη chabédth. ἔγρη δουρεός. GALL. Plein & pesant. ITAL. Carico di peso. GERM. Schwär / belästigt. HISP. Cosa pesada. ANGL. Burdened, heavie. Plaut. in Trucul. Nea qui manus attulerit steriles intrò ad nos, gravidas foras exportet. Sed hoc transitivum est: propriè enim mulier dicitur grvida, quæ jam concepto factu gravatur. ἔγρη haráh. ἔγρη δουρεός, ἐγρηζω. GALL. Gros ou grosse, preings. ITAL. Gravidà. GERM. Schwanger oder tragende frau. HISP. Muger pezada de preñez. Plaut. in Amphit. Et quum te gravidam, & quum te pulchiè plenam aspicio, gaudeo. Cic. pro Cluent. Quum mulier esset grvida, & jam appropinquare partus videretur. Alvus grvida. Ovid. 2. Amor. Eleg. 14.

Si venus Æneam grvida temerasset in alvo,

Casaribus tellus orba futura fuit.

Plaut. Amph. Ex concubitu gravidam feci filio. Terent. Andr. Jam primum hæc se è Pamphilo gravidam dixit esse: inventum est falsum. ¶ Sic per translationem Grvida vitis, dicitur quæ fructu gravis (ut supra in Gravis loquitur Quint.) Ovid. 3. Fast.

— & grvida munera vitis amat.

Grāvīdītās, atis: Prægnatio, conceptio. ἔγρη herajon, ἔγρη herin. κύνος. GALL. Grosseffe, engrossissement de femelle, portée. ITAL. Gravidèzza, ingrossamento di dona. GERM. Schwangerheit. HISP. Preñez. ANGL. Greatness with chylde or younge. Cic. de nat. deor. Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitatesque gignendi.

Grāvīdo, as, propriè est mulierem gravidam reddo: quavis etiam ad alia transferatur. ἔγρη hibbár. ἔγρη δουρεός. GALL. Engrossir une femelle. ITAL. Ingravidare. GERM. Schwanger machen. HISP. Empeñar. ANGL. To make great with chylde or younge. Cic. de nat. deor. Quippe quæ gravidata seminibus omnia pariat, & fundat ex se. Cæcilius in Tyche translata, Per mysteria hic te inhonestè gravidavit probro, id est, oneravit.

Grāvīdārī, gravidam fieri. In Epitome Sext. Aurelii Victoris in Adriano, Hujus uxor Sabina, dum prope injuriis servilibus afficitur, ad mortem voluntariam compulsâ, quæ palam jaçabat, quàm immane ingenium pertulisset, & elaborasse ne ex eo humani generis pernicia gravidaretur.

Grāvīlōquūs, Gravitèr loquēs, δουρεός. Inde graviloquétia. δουρεός. Grāvīlōq

Grævis Ptolemæo, Hetruriae castellum est in Tuscia, quod hodie *Montem altum* vocant, ita dictum ab aëris gravitate. Virg. 10. *Aeneid.*

Et Pyrgi veteres, intempestaque Gravisca.

Gravius. Gloss. Latinotheoth. Præses Gravo: unde ita Burggrave castri præses, Landgrave regionis præses, Marckgrave limitis præses, Gograve pagi præses. Judicem adhuc alicubi, præsertim in pagis, vocant Greve. ||

Graxis. Plaut. *Prolog. A sin.* Cave modò ne graxis (i. ne minimum sonum edas.) Passerarius sic ibi legendum opinatur, vel certè *grævus.* Lambinus contra *gratiis* legendum contendit.

Grægalls, Gregarius, Gregatim: vide *Grex.*

Græstionis, *græstionis*, urbs Chersonesi. Steph.

Græstionis, *græstionis*, regio Thraciæ juxta Macedoniam, à Græsto quodam dicta. Gastrones gentiles: vide *Gastronia.*

Græsius: vide *Gradior.*

Græx, gregis, à *græw*, comedo: vel quasi gerex, à gero. Differt ab armento, teste *Valla lib. 4. cap. 24.* quòd grex minorum animalium sit congregatio, ut ovium, porcorum. || *græw hédher, græw éson. græw, mîsra.* GALL. *Troupeau de bestes.* ITAL. *Gregge, greggia.* GERM. *Ein schar/ein herd.* HISP. *Grey ò manada, rebaño, como de ovejas, ò cabras.* ANGL. *A flock of bestes.* } Armentum majorum, ut camelorum, boum, equorum. Ovid. 4. *Metam.*

Mille greges illi, totidemque armenta per herbas pascebant.

Virg. 3. *Georg.*

Hæc satis armentis: superat pars altera cura, Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.

Invenitur tamen quandoque grex de majoribus dici, ut de bobus, equibus, & similibus: sed tunc ferè habet adjunctum nomen adjectivum, aut genitivum casum determinantem, aut potius detorquentem ejus significationem ad rem aliquam, pro qua, si solum positum esset, non ita aptè acciperetur. Virg. *Ecol. 6.*

Aut aliquam in magno sequitur grege.

Ubi adjectivum magno, efficit ut grex accipiatur pro armento. Sic Horat. quum vellet significare boum armenta, dixit, *Greges mugientium.* Et Suet. in *Cæs. cap. 21.* & in *Ner. cap. 22.* Greges equorum, dixit. Item Cic. 3. *Philipp.* Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcumque nactus est. Idem 3. *Verr.* Præterea greges equatum ejus istum abigendos curasse. Ex his exemplis omninò dicendum videtur, gregis appellationem generaliore esse, quàm armenti. Hoc enim de majoribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties solum ponitur, ferè de minoribus: cum adjuncto autem, etiam de majoribus. Dux gregis, pro Tauro. Ovid. 1. *de arte 65. de Europa,*

Hanc tamen implevit vacca deceptus acerna

Dux gregis, & partu proditus auctor erat.

¶ Neque solum pro quadrupedum congregatione, verum etiam pro avium, atque adeò ipsorum hominum multitudine accipitur. Horat. *Ne si ferè suas repetitum venerit olim*

Grege avium plumas, moveat cornicula risum

Furtivis nudata coloribus.

Plaut. in *sin. Pseud.* Si vultis approbare hunc, & fabulam. Idem in *prolog. A sin.* Grex & gregis dominus (de mimis & histrionibus.) Item in *fine Capt.* Grex loquitur. Item, Princeps Gregis (i. puerorum ludentium.) Suet. in *Calig. cap. 58.* ¶ Item de globo militum. Livius 8. *ab urb.* Grege factò venientes hostes. Plaut. in *Aulul. sc. 3. a. 3.* Etiam introduce, si vis, vel gregem vènalium. Terent. in *Eunuch.* Unum etiam hoc vos oro, ut me in gregem vestrum recipiatis. Idem in *Heaut.* Ancillarum gregem ducunt secum. Sed hæc significationes improprie sunt, & translativæ. ¶ Grege factò dicitur, ut agmine factò. Salust. *Ingurib. 99.* Memores nominis Rom. grege factò locum cæpere. Transfertur & ad inanimata. Nam Plautus greges virgarum dixit in *Pseud.* Lanios inde accerlam duo cum tintinabulis: Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero: Ut hodie ad lirationem huic suppetat satis Jovi. Hæc Græx. Lucr. apud Non. *cap. 3.* Bucærixque greges. Lucil. apud Charis. *lib. 1.* Duceret hæc greges.

Grego, as, à Grex deductum, colligo, congrego. || *græw. ANGL. To gather in to flockes.* } Hujus tamen composita magis in usu sunt, ut Aggrego, Congrego, Disgrego, quæ vide suis locis.

Grægillus, a, um, quod est ex grege. || *græw. GALL. Du troupeau, de la troupe.* ITAL. *Di gregge.* GERM. *Xuß der schar/gemein oder geschlecht.* HISP. *Cosa de manada.* ANGL. *Of the flocke.* } ut, Gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur: nondum jugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, sed tumultuariè undecumque collectus. Cic. pro *Plancio.* At id etiam gregarii milites faciunt inviti. Salustius, Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu atque cultu vitam agerent. Colum. in *præfat. lib. 6.* Gregariorumque pastorum veluti minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiassent.

Grægallis, e, quod ex eodem grege est. || *græw. GALL. Qui est du troupeau.* ITAL. *Di uno istesso gregge, di una istessa razza.* GERM. *Xuß der schar/gehörend zu der schar.* HISP. *Cofis rebañada y de un mesmo grey.* GERM. *Of the same flocke.* } Varr. *lib. 2. de re rust.* Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in carrendo, ¶ Dicitur quoque de hominibus, & ponitur pro sociis & sodalibus, idque ferè in deteriore parte. Cic. pro *domo sua.* An ut crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales dicere solebatis. Idem pro *Archia.* Nec Clodius, nec quicumque de gregalibus ejus, aut consiliariis. ¶ Gregale teatorium. Senec. *Epist. 87.*

Grægatum, adverbium: per greges, id est, conjunctim, simul, unà. || *græw. GALL. Par troupeaux & bandes.* ITAL. *A greggi.* GERM. *Schar rächtig/mit hauffen oder scharen.* HISP. *De rebaño, en rebaño, ò manada.* ANGL. *By flockes.* } Varr. *lib. 4. de L. L.* Merula, quòd mera, id est, sola volitet: contra ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. *lib. 8. cap. 5.* Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo derivatur. Cic. 7. *Verr.* Vide cives Romanos gregatim conjectos in latomias, &c.

Gregat, *græw. GALL. Le giron.* ITAL. *Grembo seno.* GERM. *Der schoß.* HISP. *El gremio.* ANGL. *The lappe, the space between the thighs.* } Est inter complexum femorum, sceminumve, in quo complexu mulieres concipere solent: differt autem à sinu, quoniam sinus est intra pectoris brachiorumve complexum: unde sinus vestium, quales erant tunicæ Romanorum. Litora quoque curva, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus vocamus. Et per translationem gremium terræ appellatum, quum semen suscipit, conceptumque retinet, quasi viventem factum postea paritura. Quare quum lactantur infantes, ad sinum admoventur: pueri verò jam facti à sedentibus matribus, utique quem illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: ut Cicero de *clar. Orat.* Filius in gremio matris educatus. Virg. 1. *Aeneid.* de Cupidine sub imagine pueri Ascanii,

Hæret, & interdum gremio fovet inscia Dido.

Quin etiam matres nutriciæve quum super genua collocant infantem, aut extremis vestibus repositum, & ad uterum usque sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere, aut gestare dicuntur, ut idem de eodem,

— & fotum gremio Dea tollit in altos

Idalia lueos.

Catull. de *com. Beren.*

Et Veneris casto collocat in gremio.

¶ Gremia, furculi aridi & minuti. Ulp. 1. 55. §. 4. de *legat. & fidei comm. lib. 3.* Sed si voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & farmenta, & superamenta materiarum continebuntur. Col. *lib. 12. cap. 19.* Mustum in vasa defrutaria deferemus, levique primùm igne ex tenuibus admodum lignis, quæ Gremia rusticanti appellant. Hinc arbores Gremiales, quæ furculos illos suppeditant, & unde fasciculi componuntur. Ulp. 1. 7. *soluto matr.* Puto autem si arbores cædux fuerint, vel gremiales, dici oportere in fructu cedere. Quidam ibi legunt *Cremiales*, & *Cremia*, à cremandò. Gremiales verò à germinando, quòd ex eis furculi seu germina colligantur. Gothof. *ibid.*

¶ Gricena (aliter gricena) funis crassus. Fest. ait, tanquam *grossena*, à grossus?

Grifus, superbus, cervicosus. Glossar. A. L. Videtur à gryphi avis natura dici.

Grifvaldia, sive Grifvaldum, urbs Pomeraniæ, Academià anno 1546. instituta celebris. ||

Grîphus, i. || *grîph. GALL. Vne question, ou proposition obscure, difficile à résoudre.* ITAL. *Questione ò sentenza difficile da solvere.* GERM. *Ein neß.* Item, *Ein verborgen vñnd verwickeltes/ ein räterschen.* HISP. *Questio ò sentencia escura, difícil de declarar.* ANGL. *An intricate question, a riddle.* } Rete, sagena. Item ænigma, hoc est sermo ita implicitus atque intricatus, ut facilè dissolvi non queat. Gell. *lib. 1. cap. 2.* Aliòque id genus grîphos neminem posse dicens, nisi se, dissolvere.

¶ Gritmannus, *Grietman*, præfectus pagorum, prætor rusticus. ||

Groma, genus machinulæ est, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt *γρόμα.* Apud Non. Groma scriptum est in eadem significatione, de qua infra. Hinc Gromaticus, a, um, quod ad Gromam pertinet. Hyginus scripsit librum Gromaticum, in quo castrametandi & loca opportuna in bello capiendi rationem tradit.

¶ Gronclandia, sive Gronlandia, *Grænlandt*, insula Oceani Septentrionalis, solet habere Episcopum Nidrosienfium A. in Norvegia suffraganeum. ||

Gronii, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pomp. *Mela lib. 3.*

¶ Groninga, *Grønninghen.* V. E. apud Frisios, sub A. Ultrajectino.

Grossetum, al. Rosetum, *Grosseto.* V. E. Etruriæ, sub A. Senensi.

Grossitudo, crassitudo. ||

GRÖSSÛS, i, masculini, vel fæminini gen. Ficus immatura. || *gröss. GALL. Vne figue qui n'est pas encore meure, figue sauvage.* ITAL. *Fico che non si matura mai.* GERM. *Ein vnzeitige feigen.* HISP. *Higo aun no maduro.* ANGL. *A greene figge not yet rip.* } Plin. *lib. 13. cap. 7.* Grossus ejus non maturefcit. Cels. *lib. 5.* Grossi in aqua cæcti. Plin. *lib. 15. cap. 18.* Deprehensæque in his hyeme grossos. Idem *lib. 23. cap. 7.* Crudæ grossi verrucas tollunt. || ¶ Grossus, *gröss.* Onom. i. crassus. Latina puritas vocem hanc non agnoscit: quæ nonnullis tamen scriptoribus Ecclesiasticis & medicis frequens est. ||

GRÖSSÛLÛS, diminut. *gröss. GALL. Petite figue, qui n'est pas encore meure.* ITAL. *Fico picciolo non maturo.* GERM. *Ein kleine vnzeitige feigen.* HISP. *Pequeño higo aun no maduro.* ANGL. *A little unripe figge.* } Colum. *de arboribus, cap. 21.* Si voles ficum, quanvis non natura, seram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decurito. Sic *lib. 5. cap. 10.*

¶ Grottesca, Italicâ voce picturæ parerga, aliena à natura & veritate rerum. ||

GRÛS, aves minimè solivagæ, quæ non se segregant, neque quum volant, neque quum pascuntur: à sono vocis ita dictæ. || *grus. GALL. Vne grue.* ITAL. *Grù.* GERM. *Ranch oder grey.* HISP. *La grulla.* ANGL. *A crane.* } Excubias nocte dividunt, capite subter alam condito dormiant, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam, Y literam faciunt: quod Palamedem primùmprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aves appellantur à Martiale,

Turbabis (inquit) versum, nec litera tota manebit, Vnam perdidideris si Palamedis avem.

Virg. *lib. 1. Georg.*

Strymonia dant signa grues.

Horat. 1. *Serm.*

— decerpta ferentes

Membra gruis sparfi.

Mira de gruibus habes apud Plin. *lib. 20. cap. 23.* & apud Cic. *lib. 2. de nat. deor.* ¶ Grues Mellicæ præstantissimæ. Gell. *cap. 16. lib. 7.*

¶ Grucula, parva grus. Vet. *Dist.* ||

Grūo, is, ui: Gruum more sonitum edo: & de gruibus solis proprie dicitur. { καρυζαζω. GALL. Gruir, chanter comme la gruë. ITAL. Far la voce di gru. GERM. Wie ein Franch schreyen. HISP. Cantar la grulla. ANGL. To crye lyk a crane. } Congruo, pro conuenio. Terent. in Heaut. Concede hinc domum, ne nos inter congruere sentiant, id est, concordare. ¶ Hinc etiam deducuntur, Congruus, a, um, & verbum Ingruo: quorum significationem vide suis locis.

GRŪMĀ, est mensura quædam, quâ flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimenforum, & similiarum. { μέτρον, inquit Nonius. ¶ Hinc fit verbum compositum, Degrumor, de quo supra. Degrumati ferrum. Eonius, & Lucilius apud Nonium. ¶ Grumæ item sunt loca media, in quæ directæ quatuor congruantur & conueniunt viæ. Nonius.

¶ Grumo, as, grumâ metior, exæquo. ¶

Grumio, nomen Bubulci, in Mostell. Plaut. se. 1. a. 1.

GRŪMVS, is, ab Hebr. Gorem. Terræ collectio minor tumulo, quem etiam clivulum vocamus. { גרגר régheb, גוש gusch. ἄρουρος. GALL. Grumeau, petit monceau ou amas. ITAL. Mucchio, grumo, monticello. GERM. Ein hüchel. HISP. El cerro, mota à monton de tierra. ANGL. An hillock, a moll hill. } Colum. lib. 2. cap. 18. Grumos quos ad versutam plerumque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, ut necubi ferramentum scænisecæ possit ostendere. Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4. Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

GRŪMŪLUS, diminutivum. { τὸ ἄρουρον. GALL. Petit grumeau, petit monceau, ou amas, grumisseau. ITAL. Mucchiello. GERM. Ein klein hüchel. HISP. Pequeño cerro, mota à monton de tierra. ANGL. A little hillock, a clot of any thing. } Plin. lib. 19. cap. 6. Quidam ulpicum, & allium in plano seri vetant, castellatimque gramulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

¶ Grunda, inferior pars tecti capanz, in qua stillat aqua. Inde

Grundula, & grundatorium, idem quod grunda, vel quod stillat à grunda, vel super quod stillat. Ver. Dict.

Grundo, grundam facio. ¶

GRŪNDIRĒ, veteres dicebant quod nos Grunnire. { γρονθίζω. GALL. Gronder, grogner comme les porceaux. ITAL. Far la voce del porco. GERM. Schreyen oder rüchlen als ein schwein. HISP. Gruñir como el puerco. ANGL. To grunt w swoyne dooe. } Claud. lib. Annalium 15. ut citat Nonius, Grundibat graviter pécus suillum. Cæcil. apud Non. Cruento ita ore grundibat miser. ¶ Hinc Grundules Lares dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem serophæ, quæ triginta pepererat porcos. Cassius Hemina, Sus parit porcos triginta, cujus rei sanum fecerunt Laribus Grundulibus. Vide Diomed. lib. 1.

GRŪNNIO, is, ivi, & ii, itum, à γρῶν, γρῶνα, sono porci, olim grundio. Proprium est vocis porcorum. { γρονθίζω, ὄϊζω. Plin. lib. 32. cap. 2. Grunnire eum quum capiatur. Juven. Sat. 15.

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

GRŪNNITUS, { γρονθισμός. GALL. Grognement, grondement. ITAL. Grunimento. GERM. Das rüchlen oder säuwgeschrey. HISP. Aquel gruñido. ANGL. The gruting of swoyne. } Cic. 3. Tusc. Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

GRUS, uis, masculini, vel fæminini gen. à γρῶν: à sono. Hinc grue-re: unde congruere, ingruere. Avis nota. Vide supra Grues. ¶ Grus est etiam machina ad sublevanda onera accommodata: sic dicta, quod in longum prominens, collum gruis referat: Græcè γρῶν dicitur: cujus sæpe fit mentio apud Vitruvium. Labeo in l. si servus tuus, ff. de act. empt. & vendit. Qui per κατάστροφον γρῶν descendere, aut in cloacæ demitti solitus esset.

¶ Gry γρῶν, vel γρῶν, sordes quæ sunt sub ungue: minimum aliquid. ¶

Gryllus, i. { γρύλλος. GALL. Vn grillon ou erinon. ITAL. Grillo. GERM. Ein muckheim/gryll. HISP. El grillo, animal conocido. GERM. A kind of locust. } Genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore, ubique gentium pernicies agris: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu stridet, unde & nomen accepit. Plin. lib. 29. cap. 6. Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem Magi: quoniam retrò ambulet, terramque terebrat, stridat noctibus. ¶ ¶ Plin. lib. 35. cap. 10. de Antiphilo: Jocosus nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Unde hoc genus picturæ grylli vocantur. Inde Germani grissen vocant ridiculos & fatuos geitus: item imaginosas cogitationes. ¶

Gryllus, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem opperit, multorum ob id encomiis celebratus. Author Arist. in Politicis.

Gryneus, γρῶνός. Dictio dissyllaba, nomen est Centauri. Ovid. 12. Metam.

Cumque suis Gryneus immanem sustulit aram Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen.

Grynia Plinio, Straboni Grynium, γρῶνιά, à γρῶνία Stephano. Oppidum est Myrinxotum in Æolide Asiæ regione, Apollinis fano & per vetusto oraculo nobile, à quo Apollo Grynaus, γρῶνός dicitur putatur. Vide Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30.

Gryneus, a, um, adjectivum trissyllabum, γρῶνός. Cognomen est Apollinis inditum, à Gryneo nemore juxta Clazomenem Asiæ civitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. Æneid.

Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lycia jussere capessere sortes.

Idem 6. Eclog.

His tibi Grynei nemoris dicitur origo.

Servius, Gryneum nemus est in finibus Æolidis, Apollini consecratum. Dicitur est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppidulo: de quo vide Strab. lib. 13.

Gryphes, { γρύψες. γρῶφες. GALL. Griffons. ITAL. Griffi, griffoni. GERM. Greyffen. HISP. Gryphos. ANGL. Griffons or grypes. } Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones, alis tantum & capite aquilis similia, equis vehementer infesta. Virg. Eclog. 8.

Iungantur iam gryphes equis.

Plin. lib. 10. cap. 49. Pegalos equino capite volucres, & gryphas au-

ritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. Idem lib. 3. cap. 4. Aurum invenitur in nostro orbe, ut omitamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas crutum. Singularis nominativus est Gryps, gryphis: vel gryphus, gryphi. Prioris jam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est apud Plin. lib. 7. cap. 2. Sed & juxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, produntur Arimaspi, quos diximus uno oculo in fronte media insignes: quibus assidue bellum est circa metalla cum gryphis, fetarum volucris genere, quale vulgò traditur, cruce ex cuniculis aurum mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspi sapientibus, &c. Pomponius Mela, Gryphi sævum & pertinax genus ferarum, aurum terrâ penitus egestum mirè amant, mirèque custodiunt, & sunt infesti attingentibus. ¶ Gryphos dissolvere. Gellius cap. 2. lib. 1. de captiunculis dialecticis.

Grypus, { γρύψος. GALL. Qui a le nez, aquilin ou crochu. ITAL. Colui che ha il naso aquilino. GERM. Der ein habichs nasen hatt. HISP. El que tiene la nariz corva à aguileña. ANGL. One that hath an hawked nose. } sine aspiratione, dicitur qui nasum habet aduncum, factus à gryphorum similitudine, quos Græci γρῶφες vocant. Ferunt enim gryphes rostrum habere incurvatum in morem aquilæ.

GU

¶ Guadalaxara, Guadalaxara, olim Xalisco. V. E. Novæ Galiciæ, sub A. Mexicano.

Guadia, debita constitutio. Ver. Dict. Guadia est pignus. Vox est sicut à vade Latinorum.

Guadicium, Guadix. V. E. Hispaniæ, sub A. Hispalensi.

Guaiacum: vide Gaiacum.

Guardia, feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus, propter custodiam res domini custodientis. Dict. Ver. Feudum guardiæ est, cum quis prædio custos imponitur.

Guardio, cui talis custodia est commissa: vel dicitur Guardianus, qui est etiam superior inter fratres minores, custodiens conventum.

Guatemala, Guatemala, provincia Indiæ Occidentalis.

GUBER, κυβερνήτης. Gl. Lege Gubernator, vel Gubernio.

GŪBERNO, as, à κυβερνάω. Proprie navim rego. { κυβερνάω. GALL. Gouverner. ITAL. Reggere, governare, amministrare. GERM. Ein schiff fahren oder regieren/verwalten/Herrschen. HISP. Governar, à regir. ANGL. To governe, to guide. } Cic. 1. Offic. Ut si nautæ certent quis eorum potissimum gubernet. ¶ Per translationem accipitur pro moderor, procuro, administro. { גבר ניהבג, רעה ראבב, רעה רבב, הביב-ביר. δούκεια. } Cic. Curioni, Téque hortor ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem Att. lib. 6. Sed hæc Deas aliquis gubernabit.

Gubernator, is: Rector navis, qui clavum moderatur. { רב-חברת רב-חברת, רב-חברת, רעה רובב. κυβερνήτης. GALL. Gouverneur. ITAL. Temoniero, governatore, patron di nave. GERM. Ein steürman/regierer/verwalter. HISP. Governador à regidor. ANGL. A gouvernour, a guider. } Cic. de senect. Gubernator clavum tenens sedet in poppi. Idem 1. de invent. Navis quæ scientissimo gubernatore utitur. Idem 7. Philipp. Quanquam non eges consilio, quo vales plurimum, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. Senec. cap. 6. de consol. ad Marc.

Gubernatoris artem non ostendit secundus cursus. ¶ Gubernator equorum, Quintil. lib. 8. cap. 6. Translatio est quum in rebus, animalibusve aliud pro alio ponitur: ut de agitatore, Cicero. Gubernator magna contorsit equum vi. Custos & gubernator Reip. Idem 7. Ver.

Gubernatrix, fæmininum. { גברת מנהבגת, רעה רובב. à κυβερνήτης, δούκεια. GALL. Gouvernante. ITAL. Donna che governa. GERM. Ein herrscherin, regiererin. HISP. La gobernadora à regidora. ANGL. A governess, or woman ruler. } Cic. 1. de Orat. Eloquencia gubernatrix civitatum.

Gubernatio, nis, proprie de navis directione dicitur, quanvis per translationem pro quavis administratione accipitur. { תחבולת תחבולת, κυβερνήσις, διοίκησις. GALL. Gouvernement. ITAL. Governatio, amministrazione. GERM. Herrschung, regierung, verwaltung. HISP. Governamiento, aquella obra de governar à regir. ANGL. A governing or ruling. } Cicero. 4. de fin. Et si in ipsa gubernatione negligentia navis est everta. Idem 3. in Catil. Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Senec. epist. 88. Gubernationem dixit, pro arte gubernandi.

Gubernaculum, i: Clavus navis, id quo navis gubernatur, & regitur. { ηνδάλιον. GALL. Le gouvernail d'un navire. ITAL. Timone. GERM. Das steür ruder in dem schiff. HISP. Governal de nave. ANGL. The stern of a shippe where by she is guided. } Cicero. 2. de invent. Hic ille naufragus ad gubernacula accessit. Senec. cap. 6. de consol. ad Marc. Turpis rector navigii, cui gubernacula fluctus eripuit. ¶ Per translationem accipitur pro administratione. { תחבולת תחבולת, κυβερνήσις, διοίκησις. GALL. Gouvernante. ITAL. Donna che governa. GERM. Ein herrscherin, regiererin. HISP. La gobernadora à regidora. ANGL. A governess, or woman ruler. } Cic. 1. de Orat. Eloquencia gubernatrix civitatum.

Namque gubernaculum multa vi fortè revulsam.

Gubernium, dixit Laberius apud Gell. cap. 7. lib. 16.

¶ Guerra, bellum, in Il. Neapol. Est vox Germanica, werre, contentio, dissidium, bellum. GALL. Guerre. ITAL. Guerra, gara. HISP. etiam guerra. ANGL. warra.

Gufa vestis genus, γουβίον. Gloss. Vet. B'gera, vestis gufa villata.

Guinea, Guena, Æthiopiæ Occidentalis regio. ¶

GŪLĀ, a, à γούλας. { γούλας. GALL. Gueule, conduit par lequel on avalle ce qu'on boit & mange. ITAL. Gola. GERM. Der schlund/oder die tál/die speisröh. HISP. La hervera con que tragamos. ANGL. The gullet, where by meat and drinke passeth into the stomach. } Est fistula colli interior, constans ex carne & nervo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Græci οισοφάγος appellant. Plin. lib. 12. c. 36. de epiglottide loquens: Opera ejus gemina, duabus interpositis fistulis: interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cot pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante,

si potus cibulve in alienum decurrerit tramitem, torqueat. Altera exterior est, quae appelleretur gula, qua cibum atque potus devoratur. Tendit haec ad stomachum, inde in ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantum, aut vox commeat, ne restagnatio intempetiva alvi obstrepat. Ex cartilagine & carne arteria: gula carne & nervo constat. Haecenus Plin. ¶ Invenitur nonnunquam gula sumpta pro anteriore parte colli, quam jugulum vocamus. Plaut. in Merc. Demisit gladium in gulam: jam cadam. Salust. in Catil. Laqueo gulam frangere. Cic. 6. Verr. Quem obrorta gula in vincula abripit iussit. Senec. cap. 19. de vita beata, Gulam sibi praecidere. Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Tergum quam gulam oportet potentiora esse, & crura quam ventrem. ¶ Gula, de folie. Idem Aul. sc. 1. a. 2. Follem obstringit ob gulam, &c. Sed in hac significatione vix invenies in medicorum, aut physicorum scriptis. Ili enim gulam, ut jam diximus, accipiunt pro fistula illa, qua cibum & potus in stomachum demittitur. ¶ Unde per translationem accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu, λαμψροια. Cic. in Salust. Posteaquam immensa gulae impudicissimi corporis quastus sufficere non potuit. Quanta est gula, quae sibi totos ponit aptos, animal propter convivia natum? Plinius lib. 19. cap. 4. Hi nives, illi glaciem potant, praenatium montium in voluptatem gula vertunt.

Gulones: Gulosi. ¶ λαμψροια, λαμψροια. ANGL. Gulliguttes. } Apuleius in Apologia, Gulones omnes qui impenso pretio a piscatoribus mercantur.

Gulosus, a, um, qui est deditus gulae, vorax, comedo. ¶ γλην γολος. λαμψροια. GALL. Gourmand, goulou. ITAL. Goloso, che si lascia tirare da l'appetito di buoni bocconi. GERM. Fräßig/dem frässen ergeben. HISP. Cosa golosa o glotonna. ANGL. Gluttonous. } Mart. lib. 8. Esse tibi videor savius, nimiumque gulosus. Idem lib. 12. Non est Tucca satis, quod es gulosus: Et dici cupis, & cupis videri.

Gulosus lector. Martialis, Non opus est nobis nimium lectore guloso: hoc est, multae lectionis curioso.

Gulosè, adverbium: Luxuriosè, immoderatè. ¶ λαμψροια, ἀδελφία. GALL. Gloutonnement, en gourmand. ITAL. Da goloso. GERM. Fräßig. HISP. Golosamente. ANGL. Gluttonously. } Colum. in praefat. lib. 1. Contemptissimum vitiorum officinas gulosius condiciendi cibos, & luxuriosius fercula struendi. Degulo, degulus, & Ingulvies, vide suis locis.

Güllöca, nucum juglandium summa & viridantia putamina. Author Festus. Glossarium vetus facit Lucilium vocis hujus authorem.

Gumia, antiqua vox idem significans quod gulosus. Lucil. lib. 30. Illo quid fiat lamia & pytho oxiodontes quos veniunt illa gumiae ventulae, improbae, ineptae. Idem compellans gumias ex ordine nostros. Festus in voce Ingulvies, & Scaliger in Varronem.

Gummi, quasi guttini, à gutta. ¶ γύμμι. GALL. Gomme. ITAL. Gomma. GERM. Gummi. HISP. La goma. ANGL. Gomme of trees. } indeclinabile, & Gummi gen. fœm. Est gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem distillans. Plin. lib. 13. cap. 11. Gummi optimum esse ex Aegyptia spina convenit. Colum. lib. 12. cap. 50. Nostrorum temporum agricolae repudiaverunt, existimaveruntque satius esse nova doli liquida gummi perluere.

Gummitio: Illinitio quaedam ex glutinosis illo arborum succo, quae doliis fieri solebant, quemadmodum picatio ex pice. κρημνισ. Col. lib. 12. cap. 50. Multi perperam nova doli vel serias crassa gummi livebant, una in perpetuum gummitio contenti sunt. Et sane quae semel oleum testa combibit, alteram gummitio non recipit.

Gummatūs, a, um, adject. Gummatæ arbores dicuntur, quae gummi producant. ¶ κρημνισ. GALL. Qui produit de la gomme. ITAL. Che produce gomma. GERM. Baum auf welchen gummi oder harz treiffet. HISP. Cosa que haze goma. ANG. That bringeth forth gumme. } Paladius, In cerasis hoc est servandum, & in omnibus gummatis, ut tunc inferantur, quando vel non est, vel desinit gummi effluere.

Gummosus, a, um, quod multum gummi habet. ¶ κρημνισ. GALL. Plein de gomme, gommeux. ITAL. Pieno di gomma. GERM. Voll gummi. HISP. Lleno de goma, gomoso. ANGL. Full of gomme. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc, & crustosius, amariūque: at gummosum.

Gumminus, a, um, quod est ex gummi confectum. ¶ γύμμι. GALL. Fait de gomme. ITAL. Fatto di gomma. GERM. Aus gummi gemacht. HISP. Cosa hecha de goma. ANGL. Made of gumme. } ut, Gumminum oleum, quod ex gummi elici solet, nervis in primis utile, teste Plin. lib. 15. cap. 6.

Gana, vestis pellicea. ||

Ganas, γανας. Locus habitatus in Syria uberis & fecundi soli, unde nomen ei, γανος τὸ γένος. Steph.

Gurecum, Gurex, Goritz. V. E. Germaniae sub A. Salisburgensi. ||

Gurdus, i, pro stolido, vox est Hispanica. ¶ גורד potèb, תרס pethi, נכנ נא'אל, גורד, בור, בא'אר, גורד, חסיל. GERM. Sot, gourd, lourdeau. ITAL. Balordo. GERM. Narr/thor/döspel. HISP. Loco o bovo. ANGL. Foolish. } Quint. lib. 1. cap. 5. Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. Ea voce usus est Laberius apud Gellium cap. 7. lib. 16.

Gurgēs, itis, à gyros: Propriè locus est in flumine profundus, in quo aqua vertitur: quanvis generaliter de omni aquarum congerie dicatur, & de ipso mari. ¶ גורגל, תהום rebom. GERM. Ein wütschel im wasser. HISP. Lugar profundo en el agua o en el lago. ANGL. A gulfe, a great pitt and swalley in a river where the water is swallowed up. } Martial. lib. 1. Raptus fluminis venit de gurgite piscis. Plin. lib. 8. cap. 5. Annoque transitur minimis praemittunt, ne majorum ingressu atterente alveum crescat gurgitis altitudo. Virg. 1. Aeneid. Apparent rari nantes in gurgite vasto, Tibul. lib. 4.

Vel si interrupto nudaret gurgite pontem. Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Fluctus in obfesso gurgite nullus erit (id est, mare.) Quintilian, Multo gurgitis tractu fluens amnis. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Nec mihi pars nocuit de gurgite parva, &c. ¶ Ponitur translatae pro homine insatiabili, aut alia quavis re inexplebili. Cic. in Pisonem, Ille gurgis, atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriae. Idem in Verr. Immensa illa vorago, aut gurgis vitiorum, turpitudinumque omnium. Idem in Arusp. resp. Quae unquam Charybdis tantos exhaurire gurgites possit, quantas iste Byzantium praedas exorbuit? Gell. cap. 24. lib. 2. Familiam, pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluere.

Gurgilio, i, φούρμιον, id est, fatio. Gloss. ||

Gurgulio, nis, sive potius Curculio, à rei anatomicae peritis vocatur caruncula quaedam in fine palati ad fauces dependens, inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus. ¶ γαργύλιον. GALL. Le gavier. ITAL. Canne della gola. GERM. Die gurgel. HISP. El gurguero. ANGL. A piece fleshe in the, nother parte of the roofe of the mouth. } Varro lib. 2. de re rust. cap. 3. videtur posuisse pro colli parte antica, quam & guttur appellat. Hircus (inquit) molliori pilo, & potissimum albo, ac cervice, & collo brevi, gurgulione longiore. ¶ Rursus gurgulio, vermis quidam, qui in hortis nascens, frumentum absunt: sic dictus quod totus sit guttur. ¶ γαργύλιον. GALL. Calendre. ITAL. Tiguella. GERM. Kornwürm/kornmilwe. HISP. Gorgojo del trigo. ANGL. A weevill. } Virg. lib. 1. Georg. ————— populatque ingentem farris acervum

Gurgulio, atque inopi metuens formica senecta. Rectius scripseris Curculio, per secundam consonantem. Sic enim veteres scripsisse constat ex argumento Plautinae Comediae ejusdem nominis, in quo primae versus litterae curculionis nomen exprimitur. Vide Cucullo.

Gurgustium, ii, & diminutivum gurgustiolum, genus habitacionis angustum, à curculione sic dictum. ¶ גורגוסטיום. GALL. Logette étroite, cabaret détourné. ITAL. Ein klein nachgästig heußlin/oder ein schlechte wohnung. HISP. Cosa pobre, o chez a. ANGL. A little narrow & latent tabernage. } Cic. in Pisonem, Memnistine cenam, quam ad te quinta ferè hora cum C. Pisonem venissem, nescio quo è gurgustio te prodire obvoluto capite soleatum. Apul. Ergo breviter gurgustiolum nostri ne spernas, peto sis contentus late parvulo.

Gustarium, βουκκίστην. Gustare, βουκκίστην, est buccam fumere: ut in jentaculo, quum ad satietatem non edimus, sed gustamus, βουκκισμός, jentaculum, βουκκίστην, jentat. ||

Gusto, as, à γούστω, γούστω. Libo, labris primoribus attingo. ¶ γούστω. GALL. Gouter. ITAL. Gustare. GERM. Versuchen/kosten. HISP. Gustar provando el sabor. ANGL. To tast, to feel the tast of any thing. } Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Nihil quicquam juvat quod edo domi, foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. Ibid. sc. 2. a. 3. Gustato tute prius. ¶ Gustate solebant à balneo. Senec. cap. 22. de consol. ad Marc. Caesar 5. bell. Gall. Leporem, & gallinam, & anserem gustare fas non putant. Cic. ad Gallum. Fagi in Tusculanum, quum quidem biduum ita jejunus fuisset, ut ne aquam quidem gustarem. Idem de nat. deor. Caprae dictamum herbam quærunt: quam quum gustaverint, sagittae, quibus confixae sunt, excidunt. ¶ Et per translationem accipitur pro leviter attingere, experiri. Cic. pro M. Caelio, Equidem multos & vidi in hac civitate. & audivi, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attingissent. ¶ Hujus composita sunt, Degusto, hoc est, Delibo, labris admoveo, ἀπογούστω. Salust. in Cat. Inde quum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solemnibus fieri consuevit, aperuisse consilium suum. ¶ Pragusto, ante gusto, ἀπογούστω.

Gustatio, nis, prima pars cenae, gustus ante cenam. Petronius Arbit. Jussi ergo discubimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam faleruo initiabamur.

Gustatus, us: Gustus, hoc est, sensus ille, quo saporum discernimus. ¶ γούστω τὰ βλάμ. γούστω. GALL. Le goust. ITAL. Gusto. GERM. Versuchung/kostung. HISP. Sentido de gustar. ANGL. A tast, the sense of tasting. } Cic. 2. de natura Deorum, Gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte otis, qua esculentis, seu gustandi actu. Ibidem, Nisi forte tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donaverit.

Gustus, us: Unus ex quinque sensibus exterioribus, quo saporum diversitatem discernimus. ¶ γούστω τὰ βλάμ. γούστω. GALL. Le goust. ITAL. Gusto. GERM. Das versuchen ob ein ding saur/süß/oder dergleichen seio. HISP. Sentido de gustar. ANGL. The sense of tasting. } Plin. lib. 10. cap. 17. Existimaverim omnibus sensum gustus esse. Gell. cap. 6. lib. 7. Nullum animal sine gustu, aut tactu. Sueton. in Neron. cap. 33. Ad primum gustum (veneni) concidere. Quint. lib. 6. cap. 5. Nec magis arte traditur, quam gustus, aut odor. Vera laudis gustum non habere, metaphoricè. Cic. 3. Philipp. Ut quidam morbo aliquo & sensus stupore suavitate cibi non sentiant: sic libidinosi, avari, facinorosi, vera laudis gustum non habent. Quintil. Urbanitas est, quae habet quandam gustum urbis. ¶ De gustu cognoscere, ἐν γούστω γινώσκων, hoc est, minima experientia judicare. Gustus pro sapore. Apianæ uva pretiosi gustus celeberrimæ. Col. lib. 3. cap. 2.

Gustum, γούστω, i, quod gustatur.

Gustulum, diminut. Cupedia gustui placentes, sapidæ. ||

Gustatorium, ii: Crater, sive labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit. ¶ γούστω. GALL. Un lieu, ou vai l'eau à cou. ITAL. Luoco o vaso da gustare. GERM. Ein orth da man etwas versucht/oder dasselbig geschirt. HISP. Lugar o vaso para gustar o com. r. ANGL. A tasting place or vessel. } Plin. in Epist. lib. 5. Gustatorum graviorque

ANGL. *That belongs to exercise.* } Plaut. in *Rud.* Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico, & palæstrico.

Gymnicus, a, um, γυμνικός, ἢ, ὄν, pertinens ad nudorum exercitium. } Gymnici ludi, dicti sunt in quibus se nudi atque uncti exercebant palæstricæ. ἀγώνος γυμνικός, à Lycaone in Arcadia primum inventi, ut Author est Plin. lib. 7. cap. 36. Gymnicos ludos Romæ editos fuisse à Nerone restatur Suet. in *vita ejus*, cap. 12. } Gymnicum, equestre, musicum certamen quinquennale.

Gymnastarcha : Gymnastiarum præfectura. Modestinus *sub tit. de excusat. tutor.*

Gymnastarchus, vel gymnastarcha. } γυμνασάρχης. **ANGL.** *The head master of a school or exercise.* } Præses gymnasii, id est, loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cicer. 6. *Verr.* Demoliendum curavit Demetrius gymnastarchus, quod is ei loco præerat. } Accipitur & pro ludi literarii præfecto. Nam, ut dictum est supra in primitivo, gymnasium generaliter dicitur quivis locus exercitio alicui destinatus.

Gymnasia Plinio, five Gymnesiæ, γυμνασία Straboni, & Steph. insulae duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur, eoque quod incolæ harum insularum præcipue se funda exercebant. Authores Strab. lib. 14. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Gymnætes. γυμναῖται. Æthiopum populi, Nigritis & Pharusis vicini. Plin. lib. 5. cap. 8.

Gymnosophistæ, γυμνοσοφισταί. Philosophi Indorum : sic dicti quod nudi in sylvis agerent, voluptatem omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. } Die weisen vnd gelehrten Philosophi bey den Indianern / so ein gestreng abgefondert sâben sûren. } Plin. lib. 7. cap. 2. Philosophi nudi, quos Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere. August. lib. 15. *de Civit.* Indorum Gymnosophistæ, nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando se cohibentes. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur solem contuentes immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hi frigora nivium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum Magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset, gravissimè ab illis fuisse increpatum, quod mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrociniis infestaret. De his Cicer. *Insc. qq. lib. 5.* Quæ barbaria (inquit) Indiâ vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primum hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasii nives, hyemalè que vim perferunt sine dolore : quumque ad flammam se applicaverint, sine gemitu adurantur.

Gyna, æ, mulier, uxor. }

Gynæceum, ei : Locus secretior in ædibus, ubi solæ mulieres degebant. } γυναικείον. **GALL.** *Vn lieu reculé à part en la maison où les femmes seules hantent, un cabinet, l'appartement des femmes.* **ITAL.** *Luogo apparato in casa dove se ritirano le donne.* **GERM.** Ein hauff oder gemach in dem das frauen / zimmer ist. **HISP.** El retraymiento de mugeres. **ANGL.** *A noarcorey or place where only women abyde.* } Plaut. in *Mosell.* Dare volt uxorem filio, quantum potest : ad eam rem facere volt novum gynæceum. Cic. 2. *Philipp.* Syngrapha festerii centies facta est in gynæceo. } Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνίτις, Mater familias, quæ apud Romanos primum locum tenebat ædium, atque in celebritate versatur, quod multo aliter fit in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum : nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

Gynæciarius, ad Gynæceum pertinens. In Il. Alm. Gynæciaria ancilla, quæ servit in genere. }

Gynæciartus, arum, inter viles artifices numerantur. Qui etiam hi sint, videbis apud Alciam & Pyrrhum in *rub. C. de murileg. & gynac.* lib. 11.

Gynæcopollis, Ægypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynæcopollitis appellatur : cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 6. γυναικωνίτις.

Gynæcocratia, γυναικωνκρατία : muliebre imperium. Arist. lib. 5. *polit.*

Gyndes, γυνδης. Fluvius est Assyriorum maximus secundum Euphratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanios in Tigrim influens. } Ein grosser fluss der Assyrien / so in den Tigrim steufft. } Hunc Cyrus Perfarum Rex, quum equitem quendam sibi in primis dilectum absumpsisset, totum in varios alveos derivavit. Author Herod. lib. 1. & Senec. lib. 3. *de ira.* Tibull. lib. 4.

————— **Rapidus Cyri dementia Gyndes.**

Gypsiis, γυψίσις. Æthiopiæ insula, apud Martianum lib. 3. A qua fit gentile Gypseites, γυψίταις.

Gypsum, vel Gypsum, i. } γύψος. **GALL.** *Du plâtre.* **ITAL.** *Gesso.* **GERM.** Gips. **HISP.** Yeso. **ANGL.** *Pargette, plaster.* } Materia est calci similis, ex lapidibus exustis ut plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. Plin. lib. 36. cap. 24. ————— **quanta calci res gypsum est. Javenalis Satyr. 2.**

————— **quanta plena omnia gypso Chryssippi invenias.**

Plura ejus genera. Nam è lapide sequitur, ut in Syria, & Thuriis : & è terra foditur, ut in Cypro & Perihæbis : è summa tellure, & Tymphaicum est.

Gypsiatus, a, um : Gypso illitus. } γυψιτός. **GALL.** *Plâtré.* **ITAL.** *Ingestato, imbiancato.* **GERM.** Gessiget. **HISP.** Cosa enyessada, cubierta de yeso. **ANGL.** *Plâstred, pargetted.* } Tibull. lib. 3. *Eleg.*

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sape cogit, Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Col. lib. 2. cap. 10. Vala cum confestim gypsata sunt. *Ibid.* Quum deinde modicè aruerunt in vasa nova sine pice opercula & gypsata, sicco loco reponito. Ovid. 1. *Amor. Eleg. 8.*

Despice gypsati crimen inane pedis.

Cicer. in *Epist. ad Trebat.* Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medea matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illæ vicio verterent, quod abesset à patria. Ubi gypsatas manus dixit Cicer. pro manibus medicamentis & veneficiis infectis.

Gyrgathus, locus aut cubile, in quo mente emoti vinciti, aut inclusi tenentur.

Gyrinus, informis ranarum partus. }

Gyrus, i, vel girus : à γύρος, γύρω, gyro. Circumvolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. } γύρος *mesab.* γύρος. **GALL.** *Vn tour, on tournement, & entortillement, rondeur.* **ITAL.** *Giro, circuito.* **GERM.** Ein ring / treys / ombwending. **HISP.** *Buelta en derredor.* **ANGL.** *A turning about in maner of a circle.* } Cicer. ad *Attic. lib. 2.* Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te νέγε πειθόμενος reprehendere : nam quum ego istuc idem dicerem, gyrus agebatur. Virg. lib. 5. *Aeneid.*

Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit.

Ovid. 2. *Amor. Eleg. 6.*

Vivit edax vultur, dulcitque per aëra gyros Milvium : & pluvia gracculus author aqua.

Tibull. lib. 4.

————— *libeat curvo brevius contendere gyro (de flexu equi.)*

Catul. de com. Beren.

Vt dulciam furtim sub Latmia saxa relegans Dulcia amor gyro devocet aërio.

¶ Ducere, seu compellere in gyrum, est angustis quibusdam limitibus ab equis, & non finire latius evagari. Quæ transitio tracta est ab equis, qui quum freno discunt parère, non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi sapius sit flexendum, quod & ipsum gyrus appellatur. Cicer. 3. *de Orat.* Sed si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis à me, ex ingenti quodam oratore, immensoque campo in exiguum sanè gyrum compellit. Idem 1. *Offic.* Homines secundis rebus effranatos, sibi que præidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Gell. cap. 8. lib. 16. In *Dialecticæ* gyris atque mæandris tanquam apud Sirenios scopulos consensescere.

Gyro, as : Gytum facio. } γύρω *sabab.* γύρω *hikkiph.* γύρω. **GALL.** *Tourner en rond, entortiller rondement.* **ITAL.** *Girare, circondare.* **GERM.** Ringsweiss / ombtreiben / in etnem treys / ombwendingen. **HISP.** *Hazer buelta en derredor.* **ANGL.** *To tourne about in maner of a circle.* } Unde regyro, quod est in gyrum reflecti, de quo suo loco.

Gyratus, adject. } γύρω *musab.* γύρω *musab.* γύρω *musab.* **GALL.** *Tourné en rond, entortillé rondement.* **ITAL.** *Circondato, tornito.* **GERM.** *Ombs getriben / ringsweiss / ombgettrâhet.* **HISP.** *Buelto en derredor.* **ANGL.** *Tourned about.* } Plin. lib. 5. cap. 10. Ad effigiem Macedonicæ clamydis orbe gyrato laciniosam. De Alexandria urbe Ægypti.

¶ Gyrovagus, eironeus, instabilis, circumcirca vagans. **Ver. Dict.** nempe in gyrum vagans. }

Gyrton, is, five Gyrtona, æ. γυρτόν Ptolemæo, γυρτῶν Stephano. Perthæbiæ oppidum, ut Stephano placet, ita dictum à Gyrtonæ Phlegiæ fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stryphalia Macedoniæ regione, Plin. in Magnesia collocat.

Gythæum, γυθαίον. Oppidum est Achaïæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simulatibus communi opera condiderunt. } Ein statt in Achaia welche Hercules vnd Apollo miteinander gebawt. } Livius in *Maced. bell.* Gytheum (inquit) omnium maritimarum rerum Lacedæmonis receptaculum. Hinc Gytheates sinus, ad Maleum promontorium, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Gyzantes, populi Africa : vide Byzantes, apud Steph. apud quem etiam Gyzantes reperitur.

NOTÆ ANTIQUORUM.

G. Gaudium, Gens, Gaius, Genius, Gellius.

G. G. AUG. Genio Augusti. **GR. V.** gravitas vera, vel vestra.

G. B. gens bona.

GD. gaudium. **G. D.** gens dolosa.

GEN. CORN. gens Corneliorum. **GENS.** gentes. **GERM.** vel **GER.** Germanicus.

G. F. gula filiorum.

GG. vel **GS.** gesserant. **G. GEN. GER.** gaudium gerens Germanicus.

GL. gloria. **GL. S. H. INT. E.** gloria sua hic intus est. **GL. E. R.** gloria exercitus Romani. **GL. N. L.** gloria nominis Latini. **GL. P.** gloria parentum, vel patriæ, vel populi. **GL. P. R.** gloria populi Romani. **GL. R.** gloria Romanorum. **GL. S.** Gallus Sempronius.

G. M. gens mala. **GM. F.** Germanus frater, Germana filia, Germani filius.

GN. N. genus nostrum. **GN. R. S.** genus Romani Senatus.

GOTHI. Gothicus.

G. P. gala parentum.

G. R. genus regium, vel rerum. **GR.** gerens, gerit. **GRA.** Gracchus, **GR. AT. R. S. B.** genitor autem reservator bonus, vel gerit rem Senatus bene. **GRC.** Græcus. **GR. D.** gratis dedit, vel datum. **GR. E.** gratia ejus. **GRT.** gerit. **G. RM. HI. RQ.** genus regium hic requiritur.

GS. gesserunt, genus, gessit. **G. S.** genio sanctum.

GT. gentem, gentes.

GU. genus. **G. V.** gravis Valerius.

GX. grex.



H



ELEMENTUM hoc à Latinis dicitur aspiratio, siveque ex utraque aspiratione Græca, quarum altera sic scribitur, altera verò sic: ex quarum conjunctione fit Latina aspiratio, figura talis H. nomen priorum temporum me later, nostra ætate profertur *hacca*: ejus potestas nulla, nisi quod sonum auget illius, seu vocalis, seu consonantis, cui adhæret. Nonnunquam reperitur pro consonante, ut apud Catul. *de com. Beren.*

Qua rex tempestate novo auctus hymenao.

Ineptè, meo judicio, nos Itali proferimus has duas dictiones *mibi*, & *nihil*, quasi h, in his duabus vocibus locum obtineat. Si qui sunt qui asseverent esse hanc nostri temporis prononciationem eandem, qua olim loquebantur majores, omni ratione penitus carere videntur, & neotericorum consensu, & candidioris ætatis testimonio, cum cæteris, tum vel maximè in hoc elemento. Cicero apertissima oratione id comprobatur: clariùs explicari non potest, quam ex Catull. epigrammate:

Commoda dicebat, si quando commoda vellet

Dicere, & hinc insidias Arrius insidias.

O nostra misera tempora! ò felicissimum illud seculum! Tantam calamitatem deplorant complures doctissimi viri: sed aliubi diffusius differemus. ¶ H, finalis in syllaba esse non potest, præterquam in *Ab*, & *Vab*, interjectionibus, quæ vel per apocopen dictæ sunt, quum completæ sint, *Aba*, & *Vaba*: vel quia abscondita voce solent proferri interjectiones. Jungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, scilicet c, ut Chremes: p, ut Philippus: r, ut, Pyrrhus: t, ut Thraso: & hoc ut valentiùs sonet dictio. Ante Cic. tempora, ut ipse in Oratore testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quorum etiam prononciationem ipse aliquandiu se fuisse sequutum fatetur. Quin ego ipse (inquit) quum scirem ita majores loquutos esse, ut nusquam nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut *Puleros* & *Cetegos*, *Triumpos*, & *Cartaginem* dicerem: aliquando, idque serò, convitio aurium, quum mihi extorta veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Gell. etiam *lib. 2. cap. 13.* Author est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aspirationem, quod crederent sonum firmiorem reddi & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ civitatum multas dictiones aspirarent. Aspiratio autem (ut idem Gell. Author est) non solet literis interferi, sed more Græcorum supra literas annotari: quod & ipsum se vidisse affirmat in quodam vetustissimo codice, quem Virgillii autographon fuisse putat. ¶ H, in multis successit literæ F. Nam veteres quod *fordeum*, *sedus*, *fariolus* dicebant; recentiores, *hordeum*, *hædus*, *hariolus*, prononciarunt, ut author est nobilissimus Grammaticus Scaur. *lib. de Orthogr.* Ubi *Haba* antiquis nostris faba dicta.

H A

Ha, interjectio est corripientis, sive admonentis ne quid fiat, neve quis in re cæpta progrediatur, *h*, & *h*. Plaut. *in Mostell.* Ha cave ne illi objectes nunc in ægitudine te has emisse.

Ha ha he. ¶ *ἠηη heach.* ¶ Interjectio ridens est. Plaut. *Pseud. se. 1. a. 4.* Terent. *in Eunuch.* Ha ha he. THR. quid rides? GNA. istuc quod dixti modò.

Haba, olim pro faba. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Haba falsicis, nostris faba dicta.

¶ **Habe**, *have*, pro Ave frequentissimum verbum in inscriptionibus constitutionum C. Theod. & Justiniani: salutandi, Habe Marcelline. ¶

HABĒNĀ, æ: Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & inhibentur. ¶ *ἡνθ μέθηγβ. ῥῶιον, ἀρωγὸς, ἡνθρωγῶν.* GALL. *La rêne d'une bride.* ITAL. *Le redine della briglia.* GERM. *Ein zaum/dierien* oder *der zügel am zaum.* HISP. *La rienda para templar el freno.* ANGL. *A bridle or bitte.* ¶ Ovid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Tempore paret equus lentis animosus habenis.

Tibull. *lib. 4.*

Validisque sedet moderator habenis.

Et, ——— *Effusas tardo permittere habenas.*

Virg. *lib. 9. Æneid.*

Ipse ter adducta circum caput egit habena.

Idem 3. *Georg.*

———— *ac per aperta volans, ceu liber habenis*

Æquora.

Ovid. 3. *Fast.*

Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis

Vtitur.

¶ Teretibus habenis junctæ solæ. (GALL. *De cordes.*) Gell. *cap. 20. lib. 13.* Item, Habenæ simplicis funda. Liv. *lib. 8. dec. 4.* Idem, Effusissimis habenis. Liv. *7. dec. 4.* Habena, item Surtica. Horat. *2. epist. 2.*

———— *semel hic cessavit, & ut sit,*

In scalis latuit metuens pendentis habena.

Habena, vel ferula cædi. Ulp. *in l. cum aliter, § impuberi, ff. de S. C. Syllaniano.* ¶ Pro potestate, & facultate agendi. Virg. *12. Æneid.*

Terribilis sævam nullo discrimine eadem

Suscitat, iratùmque omnes ostendit habenas.

Cic. *1. de Orat.* Senatium servire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidisset. Rorum habenæ traduntur Asdrubali. Silius *lib. 1.*

HÄBĒNŪĀ, diminut. ¶ *ἡ μικρὰ καὶ λατὴ ῥῶια, τὸ ὁ ὑπερίδων.* GALL. *Pe-tite rêne de bride.* ITAL. *Picciola redina di briglia.* GERM. *Ein riensim am zaum / oder ein binden wie es die wundarzt brauchen.* HISP. *Pe-queña rienda para templar el freno.* ANGL. *A little raine, bridle or leash.* ¶ Cellus *lib. 7. cap. 20.* Ab ora quoque ejus vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulò latior est, quo major plaga sit. Idem *lib. 7. cap. 7.* de palpebris loquens, rursus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. Ubi sic vocat translatè cutis segmentum oblongum exsectum instar habenulæ.

HÄBĒNĪĀ, æ, ab antiquis usurpatum est pro divitiis, ab habeo. ¶ *ἡ ῥῶια ῥεχῦσῆ, ἡ ἡνθ. ῥῶια.* GALL. *L'avoire.* ITAL. *L'avere.* GERM. *Hab und gut.* HISP. *Las riquezas.* ANGL. *The having or possessing of a thing.* ¶ sicut à Sapio, sapientia. Claud. *7. Annal.* apud Non. Animos eorum inflaret habentia.

HÄBĒO, es, ui, itum, ab ἀφῆ, ἄπτω. Obtimeo, tengo, possideo. ¶ *ἡ ῥῶια ῥεχῦσῆ, ἡ ἡνθ. ῥῶια.* GALL. *Avoire, tenir.* ITAL. *Havere.* GERM. *Haben/besitzen.* HISP. *Aver à tener.* ANGL. *To have.* ¶ Salust. *in Iugurth.* Animos incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Virg. *2. Æneid.*

Hostis habet muros.

Plaut. *in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Idem *Rud.* Papè! divitias tu quidem habuisti luculentas. Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere. ¶ Basilicas edictiones ille habet. Idem *Capt. se. 2. a. 2.* Idem *Pseud. se. 2. a. 1.* Vobis hanc habeo edictionem. Senec. *cap. 3. de consol. ad Marc.* Habebis lucem invisam. ¶ Per translationem ponitur protenerere, *καρῶν.* Salust. *in Iugurth.* Tale periculum Republicæ haud occultum habuit. ¶ Pro agere. Idem *in Catil.* Igitur comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Plaut. *in prolog. Amph.* Servus hic quoque partes habet. ¶ Pro ferre. Salust. Neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur, multi eas graviùs æquo habere. ¶ Habere concionem est, ut ait Gell. *lib. 13. cap. 14.* verba facere ad populum sine ulla rogatione. Plaut. *Menach.* Ut illum dii omnes perduint, qui primus commentus est concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Quintil. Habere actiones, orationes. Suet. *in August. cap. 8.* Habere sermones cum aliquo. Item, Habere mentionem alicujus. Quintil. Habere honores alicujus memoriæ. Suet. *in Neron. cap. 9.* Plaut. *Afin. se. 2. a. 3.* Perfidia laudes gratiasque habemus. Idem *Pseud. se. 3. a. 3.* Habui expurgationem (i. me expurgavi.) Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Habere excusata. ¶ Habere consilia. (GALL. *Tenir conseil.*) Plaut. *Pseud. se. 2. a. 1.* ¶ Pecuniam dedisse, ut haberent (i. habendam.) Gell. *cap. 19. lib. 16.* Item Plaut. *Milit. se. 1. a. 1.* Me sibi habeto. Gell. *1. 9. lib. 17.* Servo oculos ægros habenti. ¶ Pro detinere, & occupare. Salust. Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum diserneret, quæ res eos magno diuturnoque bello inter se habuit. ¶ Pro credere & existimare, *καρῶν.* Terent. *in Andr.* Semper ejus dicta, atque habita est soror, hoc est, existimata & credita. Plaut. *Men. se. 2. a. 4.* Pauper haud malus, nequam habetur. ¶ Pro habitare. Idem *in Trinul.* Nam mihi hæc meretrix, quæ hinc habet, Phronesium suum nomen omne ex pectore evomit meo Phronesium. Idem *Aulul. prolog.* Salust. *apud Priscian.* Tartessum Hispaniæ urbem, quam nunc Tyrrii mutato nomine Gadir habent. Idem *in Catil.* Credo, falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diverso itinere malos à bonis loca terrena, occulta, sæda atque formidolosa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animò quodammodo tenere & possidere videmur. Terent. *in Heaut.* Habet omnem rem: pergam quò cæpi, hoc iter. ¶ Habere frustra, idem est quod decipere, & deludere. Plaut. *in Amph.* Is advenientis servum, ac dominum frustra habet. ¶ Nihil pensu habere, hoc est, nihil pendere, non curate, *ἡνθ ῥῶιος πῶνδῶ.* Habere honorem, idem est quod honore afficere. Terent. *in Eunuch.* Hic tibi pro eo munere honos est habitus ab eo. Cic. *in Laliò,* Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. ¶ Accipit etiam pro tractare. Terent. *in Hecyr.* Nunquam secus habui illam, ac si ex me nata esset. Plaut. *Capt. se. 2. a. 2.* Uti tu me hinc habueris, perinde illum illic curaverit. Idem *Afinar. se. 1. a. 1.* Mater habet illum atctè & contentè. *Ibidem,* illum miserum habeo (id est, malè accipiam.) *Ibid. se. 1. a. 3.* Ita me iste habuit senex gymnasiu. Idem *Pseud. se. 2. a. 1.* Ignavi malè habiti, & malè conciliati. *Ibid. se. 1. a. 5.* Mundiis dignè habiti (id est, tractati.) Liv. *4. d. 4.* Habere comiter aliqùe. Et *lib. 6. d. 4.* indulgèter. Plaut. *Men. se. 2. a. 5.* Te auratam & vestitam benè habet. Malè habere, i. malè tractare, vexare. Cels. *lib. 4. cap. de russi.* Solet tamen interdum per se quoque malè habere, & vix cum vetus facta est, eliditur. ¶ Benè habere, idem est quod benè valere, & incolumem esse: sicut malè habere, infirmum & ægrotum esse. Benè habet, vel malè habet: vel etiam sic, Res benè, vel malè habet, hoc est, feliciter, vel infeliciter cedit. Liv. *lib. 7. ab Vrbe.* Benè habet, iacta sunt fundamenta. Idem *lib. 8.* Benè habet (inquit) Quirites: vicit disciplina militaris. Bellè habeo, idem est quod benè valeo, vel incolumis

lumis sum. Cic. in Epist. Tullia nostra valet, Terentia minus bellè habuit, id est, minus benè valuit. ¶ Item, habet, per se positum, significat percussus est, ut Donatus inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quod prius alii sanguinem videant, quàm illi sentiant se percussos esse. Terent. in Andr. Certè captus est, habet. Liv. lib. 10. ab Urb. Habet pœnam noxium caput. ¶ Dicitur etiam, hoc habet: loquendique genus est è vulgo petium. Virg. in Æneid.

Hoc habet, hoc melior magnis data victima divinis.

Prudentius,

Hoc habet, exclamat victix regina.

Volunt approbantis dictum esse, pro Hoc rectè habet, vel benè se res habet. ¶ Satis habeo, id est, satis est, Δις ἔχο. Cæsar lib. 3. bell. civil. Nostri verò qui satis habebant sine discedere. ¶ Quandoque habere, est servare, detinere: ut est illud Salust. in Catil. In custodiis haberentur. Gell. cap. 12. lib. 15. Habere se castè à servis. Plaut. Cure. sc. 3. a. 5. Benè ac pudicè me habuit. ¶ Habere Senatam. GALL. Tenir la Cour. Idem Milit. sc. 6. a. 2. Frequens senatus poterit nunc habetier. Item, Modus haberi non potest. Idem Cure. sc. 3. a. 2. ¶ Quandoque præbere, exhibere. Salust. in declam. in Ciceronem. Ita largitionibus corruptus est, ut sese ad fortunas suas venales habeat. ¶ Habere gratiam, vel gratias in animo, est quum memorem accepi benefici mentem, animumque habemus, & invicem gratificandi voluntatem. Cicero. Nec enim mihi gratiam modò habuisti, verum etiam cumulatissimè retulisti. Idem, Maximas tibi Panfa gratias & habemus, & agere debemus. Terent. in Andr. Diis pol habeo gratias quum in pariundo aliquo assuerunt liberari. ¶ Habere iter, est proficisci. Habere verba, λόγους ἔχει, est loqui. Plaut. Milit. sc. 6. a. 2. Hic ad me rectè habet rectam viam. ¶ Habere fidem verbis, est credere, πισθεύειν. Terent. in Andr. Nam propemodum habeo tibi jam fidem. Et in Heaut. Seni nostro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem salutis, honoris, rei familiaris, id est, curam, & ut vulgus loquitur, respectum. λόγον, ἢ ἐπιμέλειαν ποιεῖν. Sed si cum ablativo cõstruatur mediante Cum, ut Habere rationem cum re aliqua, idem est, quod habere negotium & commercium. ἔχει πρὸς γινώσκοντες ἡ. Cic. in Catil. Remi habuit cum terra quæ nunquam recusat imperium. Idem in Tuscul. Quis est hominum qui modò cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum? Et ad Attic. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. Habere rem, de meretricis cum amatore consuetudine. Terent. Eunuch. Ego cum illo quocum uno rem habebam, tum hospite abii huc. οὐκ ἔστιν. Habere rem cum adversario, est litigare, ἀντιδικεῖν. ¶ Habere convenire, habeo polliceri, est litigare, est valeat quod habeo. Cic. Lentulo, Tantum habeo polliceri. Idem in Catone, Neque eos solum convenire habeo quos vidi, sed etiam quos audivi & legi. Idem in Orat. Audire habeo quid hic sentiat. Vide Vall. lib. 5. ¶ Morem habere. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Morem hunc homines habent. Idem Cure. sc. 1. a. 3. Habent hunc morem plerique argentarii. ¶ Habere invidiam, vide Invidia. Habere patibulum. Idem Mil. sc. 4. a. 2. Dispectis manibus patibulum cum habebis. ¶ Tibi istos habeas turtures (vulgò accipe pro te.) Idem Most. sc. 1. a. 1. ¶ Habere, pro decere, sive convenire. Hic ornatus satisne me concedet? Optimè habet (id est, benè tibi convenit.) GALL. Il vous vient bien. ¶ Sûsque deque habere, vel Sûsque deque ferre (utroque enim modo dicimus) est æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem quod Græci dicunt ἐπισημαίνειν. Idem in Amph. Neque sunt in facta, insecta esse clamant à Διὸς φεγῶν. Idem in Amph. Neque ego in me admisi, arguit. Atque id me sûsque deque esse habituram putat. ¶ Hujus verbi composita sunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præhibeo, Polhibeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redhibeo, de quibus suis locis. ¶ Ægrè habere, idem quod agrè ferre. δουρατεύειν. Liv. 7. ab Urb. Ita agrè habuit, filium id pro parente ausum. Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Ea res malè habet (sup. me.) Idem Men. sc. 2. a. 4. Sollicitum nimis me habuit cliens. ¶ Habes dicere. Gell. cap. 20. lib. 17. Cap. 1. lib. 14. Et apud Suet. in August. cap. 58. Habeo aliud precari. ¶ Sicuti pleræque mortalium habentur: hoc est, ut solet accidere rebus hominum. Salust. in Catil. ¶ Habere profligatum bellum. Liv. lib. 5. d. 4. Quin profligatum bellum habet. Item, habebant emerita stipendia. Idem 7. d. 4. Cunctatio Fabii habebat sollicitum Annibalem. Liv. 2. bell. Pun. ¶ Habere delectum, id est, deligere. Cic. 3. de finib. Quam enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundum naturam sint, habere delectum. ¶ Delectum militum habere, est cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæsar. 1. bell. civil. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. habebat Annibal Tarentum (id est, possidebat.) Liv. 4. d. 4. ¶ Habui numerum secundum. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. ¶ Habere in deliciis, voluntatis causa habere, vehementer amare. Cic. 1. de divin. Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & fortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbavit. ¶ Habere derelictui, id est, relinquere incultum. Gell. lib. 4. cap. 12. Si quis arborem suam vineamque habuerit derelictui, habere pro derelicto aliquid, est curam ejus nullam suscipere. Cic. ad Attic. lib. 8. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, cum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parceret. Apud Jurisconsultos, est aliquid ea mente abjicere, ut in numero rerum nostrarum esse nolimus: ideòque statim domini ejus esse desinimus. §. quaravisione 47. Instit. de rer. divis. fitque primi occupantis. l. 1. §. 2. D. pro derelicto. Sic Sueton. in Tib. cap. 73. Haberi pro contempto, & habere contemptui, uton eundem in August. c. 93. ¶ Habere despiciatum, pro spernere, & contemptui habere. Terent. in Eunuch. An id flagitium est, si in domum meretriciam deducat, & illis crucibus quæ nos nostramque adolescentiam habent despiciatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam? Sic Plaut. Menach. sc. 2. a. 1. Nimium te habui delicatam. habere despiciatui, pro despectui. Idem in Menach. Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustra sis, quando tu me bene merentem tibi habes despiciatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. Idem Persa, Satis jam habeo dictum, habeo dicere, id est, habeo

Calepini Pars I.

quod dicam. Cic. 3. de nat. deor. Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem de partit. Quid habes igitur de causa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui: hoc est, alicujus dignitatem plurimi facere. Plin. in Panegy. ¶ Ita se habet. Cic. de senect. Quod quidem, ne ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere intactum, id est, non tangere, vel attingere. Cels. lib. 1. cap. 9. Altera pars incidenda, altera intacta habenda est. ¶ Habete bonum animum. Salust. Jugurth. 123. De Numidia bonum habetote animum Quiritites. ¶ Habene pensi. Idem in Catil. Prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Eos in armis Galli accollæ semper habebant (id est, parthi bibulum in obsidione. Cæsar. lib. 3. de bell. civil. ¶ Periculū habere, esse in periculo. Colum. lib. 12. cap. 21. Sed periculum habet ne vitietur vinum, si malè cõcta sit aqua. ¶ Potius habere, pro præferre. Cæsar 1. bell. civil. Semper se Reip. commoda privatis necessitudinibus habuisse potiora. ¶ Necessè habere, id est, necessitate cogi. Idem. ¶ Habeo in promptu, hoc est, prompta est mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. Oportet igitur & ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. ¶ Sic habeto: id est, ita tibi persuadeto, vel pro comperto teneto. Cic. ad Tironem, Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet. ¶ Habere stativa, id est, in æstivis agere. Liv. 2. bell. Maced. Ibi stativis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est. ¶ Habere suspectum. Liv. 4. bell. Pun. Quia & ipsum ut ambigua fidei virum, suspectum jam pridem habebat. ¶ Habere sibi res suas, jubebatur uxore quæ à viro repudiabatur. Cic. 6. Philipp. Illam suas sibi res habere quæ. ¶ Sic habendum est: hoc est, ita intelligendum. Idem de Amic. Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Habēsīt, pro habeat, antiquè dictum. Cic. 2. de Legib. Separatim nemo habēsīt deos, neve novos: sed ne advenas, nisi publicè ascitos privatim colunt.

Habitio, ἔξω, habendi actio. Gell. lib. 1. cap. 4. Debitio enim gratiæ, non habitio cum pecunia confertur.

Habitūs, a, um. ἡ ἰσχυρὸς ἔξω. GALL. En, ou qu'on a en. ITAL. Havuto. GERM. Gehabt/gehalten. HISP. Tenido. ANGL. Hadde, compted, esteemed. } Participium à passivo habeo, quod varias habet significationes, quemadmodum & verbum à quo descendit. Plin. lib. 16. cap. 34. Ut mirum sit, ullum honorem habitum ei. ¶ Interdum idem est quod affectus. Terent. in Heaut. Imò, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. ¶ Aliquando idem quod existimatus, & magnus. Cæsar 7. belli Gall. Hic sumo in Arvernus natus loco, & magnæ habitus authoritatis. Plaut. Most. sc. 1. a. 1. Quo nemo antehac magis est habitus parvus, &c. ¶ A participio nomen habitus atque habitior comparativus, id est, repletior, vel obesior. GALL. Plus gras, en meilleur estat. Plaut. in Epid. Corpulentior hercle atque habitior, id est, pinguior. Terent. in Eunuch. Si qua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt eibum. Gell. cap. 1. lib. 3. Quisquis est corpore benè habito ac strenuo.

Habitissimūs, pinguisimus. Gell. lib. 4. cap. ult. Equum nimis strigosum, & malè habitum, sed equitem ejus uberrimum & habitissimum viderunt. Citat Gell. verba Sabini Massurii.

Habitūs, us: Qualitas, & forma est corporis, & cujusque rei. ἡ μαθηθὸν, ἡ ἰσχυρὸς ἔξω. GALL. Contenance, port, estat, disposition, qualite, habitude. ITAL. Habito, qualita, forma. GERM. Ein weise gestalt/gartung. Item, Ein beseidung. HISP. Habito, qualidad. ANGL. Behaviour, qualitie, disposition. } Plaut. Qualis habitus oris. Col. lib. 1. Vineæ non sic, altos & lacertosos exigunt: nam is habitus fossuris magis aptus. Virg. 1. Georg.

— cultusque habitusque locorum.

Gell. e. 1. lib. 27. Ut ipse æquitatis habitus demonstrat. Ovid. 2. Fast. Vique vident habitum

(scentis passis crinibus.) ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, vestitumque ornatu. Unde habitus scenicus, habitus militaris dicitur. Plaut. Quis habitus iste tam prolixus? Plin. Qui ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior solito. Suet. in Claud. c. 15. Mutare habitum (id est, pallium & togam.) Idem in August. cap. 40. habitus vestitusque. ¶ Habitus, ἔξω, hoc est, promptitudo frequentibus actibus agendi comparata. A Philosophis definitur, alicujus rei, sive in animo, sive in corpore, natura conceptam, sed usu corroboratam & plenam perfectionem esse. ¶ Habitus item vocant medici constantem corporis constitutionem, & solutu difficilem, ex probave simularium particularum temperatione, instrumentaliumque cõformatione nascentem. Unde bonum corporis habitum (ἡ εὐχέω,) firmam sanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones suas obeuntibus. Rursus malum corporis habitum (καχεξία,) appellant constitutionem corporis in morbos procliviorum, valetudinèque infirmam, ex simularium pattium intemperie, vel improba instrumentalium provenientem coagmentatione. ¶ Habere habitum temporis, id est, Ornatum esse pro ratione temporis. Ovid. 1. Trist. Eleg. 1.

Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse:

Infelix habitum temporis hujus habe.

Habitudo, inis: Corporis habitus, corporis constitutio, quam vulgò vocant Complexionem. ἡ ἔξω. GALL. Habitude, estat, disposition, complexion, temperament. ITAL. Habitudine, complessione. GERM. Die eigenschaft vnd natur des leibs. HISP. Disposicion de cuerpo, habilidad. ANGL. The state, plight, or yking of the body. } Lib. 4. ad Herenn. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita gravis oratio sæpe imperitis videtur ea quæ turgit & inflata est. Terent. in Eunuch. Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?

Habilis, e, quod est aptum, conveniens, accommodatum. ἡ ἰσχυρὸς ἔξω, ἡ ἰσχυρὸς ἔξω. GALL. Habile, seant, propre & bien convenant. ITAL. Habile, atto, acconcio, conveniente. GERM. Gehant/sam, sùgltich/bequem. HISP. Cosa habil para tener & tratar. ANGL. Fitted, hand some, able. } Virg. 6. Æneid.

Namque humeris de more habilem suspenderat argum Venatrix.

Mar. lib. 13.

Non habilis cyathis, & inutilis urva Lyao.

Suet. in August. cap. 18. Ut feracior, habiliorque annona redderet (i. aptior.) Quint. Acutior & habilior ad inveniendum. Senec. cap. 8. de tranq. Habiliora corpora pusilla. Suet. in Claud. cap. 2. Nulli muneri habilis. Cicet. 1. de Orat. Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quanvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles. Inhabilis, ineptus, indecens, quasi parum habilis, hoc est, minus aptus, & vagus.

Habilitèr, adverb. aptè, commodè. { ἡδαιός, ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Habilement, proprement, commodement. ITAL. Commodamente. GERM. Geschicklich / sùglich / geschicklich. HISP. Habilmente, tratablemente. ANGL. Fittelie, hand somelie. } Paul. in l. si ut, ff. de aur. & arg. leg. Si ut habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auto fuerint. Florus in Epit. Livian. 57. Alii scutum parvum habiliter gerenti, scutum justo amplius ferre iussit.

Habilitas: Convenientia, aptitudo. { מתכונת mathchoneh, טשט mischpat. ἡδαιός. GALL. Habilité, propriété, seance & convenance. ITAL. Habilità, proprietà, convenienza. GERM. Bequemung / geschicklichkeit. HISP. Habilidad, conveniencia. ANGL. Fittness, hand somness. } Cic. de leg. 3. Omitto opportunitates, habilitatèque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Habito, as, frequentativum est ab Habeo. { שׁבׁוּ jashab. ἡδαιός. GALL. Habiter, demeurer pour quelque temps en un lieu. ITAL. Habitare, dimorare. GERM. Inhaben / wohnen. HISP. Morar. ANGL. To dwell or tarie in a place, to inhabit. } Aliquando, ut verbum Habeo, adjungitur accusativo. Virg. Eclog. 2. Atque humiles habitare casas.

Tibull. lib. 4.

Nulla nec exustus habitant animalia partes.

Plaut. Amphitr. & Asin. sc. 3. a. 1. In ædibus ubi tu habitas nimia mira vidi. Idem Men. sc. 1. a. 2. Habitant in hac vrbe palpatores. Ovid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Sic habitas terram, sic te desideret ather.

Plaut. Men. sc. 7. a. 5. apud te habitabo (patronum.) Ibid. sc. 2. a. 5. Si intra ædes hujus, ubi habitas, penetravi pedem. Terent. in Andr. in hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Hujus passivum in tertia persona protulit Virg. lib. 3.

Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.

Inter habitare autem & commorari hoc interest, quod hoc sit ad exiguum tempus: illud verò ad longius temporis spatium, quam hæc differentia sæpe confunditur. Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter, vel passim habere. Varro lib. 16. rerum divin. ut citat Nonius, Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. Tecum habita, proverbii speciem habet, pro Domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Persius Satyr. 4.

Tecum habita, ut noris quàm sit tibi curta suppellex.

Hoc est, domi tuæ vivito, ut intelligas quàm tenuis sit tua fortuna. Tractum videtur ab aulicis, quibus quum alienis opibus, ut suis intumescant, domi nihil est miserius. Habitare triginta millibus, est triginta millia pro habitatione dare. Cicet. pro Calio. Sumptus unius generis objectus est habitationis: triginta millibus dixistis cum habitare. Plin. lib. 17. cap. 1. Graviter increpuit tanti Censorem habitare, id est, in ædibus tanti sumptus. Idem Velleius, Si quis tanti habitet (i. sex millibus tantum ædes conducatur.)

Habitatio, pro domo, & loco quem habitamus. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Habitation, demeure, maison à demeurer. ITAL. Stanza, il luogo da habitare. GERM. Wohnung / behausung. HISP. Morada. ANGL. A dwelling place. } Cic. Memmio, Peto à te, ut ei de habitatione accommodes. Sueton. in Cas. cap. 38. Annuam etiam Romæ habitationem usque ad bina millia nummum remisit. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 3. Hæc mihi (mortuo) dedita est habitatio. Col. lib. 2. Villico juxta januam fiat habitatio.

Habitaculum, idem quod habitatio. Usurpatur etiam de specu, sive antro, domicilio leonis. Gell. lib. 5. cap. 14. Introgressus leo in habitaculum illud suum, &c.

Habitabilis, quod habitari potest. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Habitable, qu'on peut habitare. ITAL. Che si puo habitare. GERM. Wohnhaft, das man einwohnen kan. HISP. Lo que se puede buenamente morar. ANGL. That may be dwell in. } Cicet. 1. Tusc. Tum & habitabiles regiones, & rursum omni, &c. Ovid. 4. Fast.

nec nobis caelum est habitabile, dixit.

Idem Eleg. 4. lib. 3.

Vtiterius nihil est nisi non habitabile frigus.

Habitator, pro incola. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Habitant. ITAL. Habitatore. GERM. Ein einwohner. HISP. Morador. ANGL. The which dwelleth in a place. } Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Tum domum in Carinis mundi habitatores Lamie conduxerunt. Lucan. lib. 1.

Rarus & antiquis habitator in urbibus errat Hesperia.

Habessus, authore Plin. lib. 5. cap. 27. Lyciæ urbs est, postea Antiphelus dicta.

Habronicas, nomen viri proprium.

Habus, tenuis, splendidus. Plaut. Plotino: Nam coloratum frontem habet, petilus, habus. Glossar. Habus, φάδός.

Hæc, adverbium motus per locum. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Par ici. ITAL. Per quâ, di quâ. GERM. Hierdurch / des wâgs. HISP. A qui donde yo estoy. ANGL. By this place or way. } Terent. Eunuch. Ite hæc vos omnes. Plaut. Cure. sc. 1. a. 2. & Men. sc. 1. a. 4. Sequere me hæc intrò. Idem Men. sc. 3. a. 3. & sc. 1. a. 4. Hæc abiit. Idem in Pseud. sc. 3. a. 4. Capt. sc. 2. a. 2. Cure. sc. 1. a. 1. Amph. sc. 2. a. 2. & alibi sæpius. Sequere me hæc ad forum. Idem Amph. sc. 4. a. 4. Obstrecto collo hæc arripiam. Idem Aulul. sc. 5. a. 3. I hæc intrò mecum ad fratrem. Idem Cure. sc. 2. a. 1. Hæc abiit, hæc persequar. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Accedamus (sive Occedamus) hæc obviam. Idem ibid. Verte hæc te puere, &c.

Hæceldama. A. 1. id est, ager sanguinis.]

Hæctenus, ex hac, & tenus compositum, idem quod ad hunc usque locum, ad hanc usque rem; non enim de tempore dicitur unquam, qua in re etiam doctos video errasse. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Jusques ici. ITAL. Fin qui, fine a qui. GERM. Bissher / bisshier. HISP. Hasta aqui. ANGL. Hitherto. } Cic. de Amic. Hæctenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potissimè dixisse. Aliquando ponitur pro ita, adeo, sive in tantum, augendi particulis. Suet. in Neron. Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis hæctenus excanduit: ut malum illi, qui descissent, minaretur. Hæctenus, quatenus. Ulp. de in rem verso. l. si pro patre, Si domini debitor sit servus, & ab alio mutuatus ei solverit, hæctenus, non vertit quatenus domino debet.

Hadranitani: Siciliae populi. Plin. lib. 3. cap. 8.

Hædrâ, sive potius Adria. ἡδαιός Suidæ & Stephano: secundus Europæ sinus inter Lacinium Italiae & Acroceranium Epiri promontorium, irrumpens dextrâ Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam, sinistrâ Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens, { Das Venedisch meer. } Lucan. lib. 5.

sonat tonio vagus Hadria ponto.

Videtur hoc nomen rectius sine aspiratione scribi. Accepit enim nomen ab Atria nobili Circumpadanae regionis oppido (ut docet Cato in Originibus, & Plin. lib. 3. cap. 16.) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido vicinum mare primum Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ unius immutatione Adriaticum est. Fuit item Hadria, sive Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, vii. m. passuum à Mari distans, à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, sive Adrianus dictus est.

Hadria, sive Adria, Atri. V. E. Aprutii, Ducatus titulo illustris, sub A. Thearino, in regno Neapolitano. Hadria item, à qua dictum volunt mare Adriaticum, V. E. Venetiæ antiquissima, sub A. Ravennate, à paucis nunc piscatoribus incolitur.

Hadrianopolis, nostris Adrianopoli, Turcis Endrem, urbs Thraciæ, sita ad confluentes Marizæ, seu Hæbri, & fluviorum Timsæ & Hædæ: qui simul deinde suum cursum in mare Ægæum desecunt.

Hædrôbolum, ἡδαιός. Bdellii genus est nigrum, & in offas sacculum nascens in Arabia, India, Media, & Babylone, quod in saculo vino perfundi solebat, ut esset odoratius. Dictum hædrôbolum, à glebarum crassitudine. Nam ἡδαιός Græci crassum & plenum appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 7. & Diosc. lib. 1.

Hædrôphærum, ἡδαιός. Nardi genus, à folii amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio microsphaerum, & rursus aliud quod mediocri est folio, Mesosphærum est appellatum. Author Plin. lib. 12. cap. 11.

Hæbudes, ἡδαιός. Insulae sunt numero quinque inter Caledoniam, quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen insulam. { ἡδαιός, ἡδαιός. Schottland vnd der insel Thule gelegen. } Solinus, A Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et paulò post, Secundam à continenti Iationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus potè sunt septem dierum, noctiumque totidem cursu.

Hæc, femininum. Vide Hic, hæc, hoc.

Hædus, i. sive, ut alii scribunt, hædus, est fœtus capræ. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Un chevreau. ITAL. Capretto. GERM. Ein geiß / ein gey. HISP. Cabrito, hijo de cabra ò cabron. ANGL. A kidde. } Qui per æ diphthongum scribunt, videri volunt dictum esse hædum à ἡδαιός, hoc est, à testiculis. Alii verò qui per æ scribunt, à lingua Sabina ejus originem petunt. Illi enim hædum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Virg. 1. Eclog.

Sic caninus catulos similes, sic matribus hædos.

Ovid. 13. Metam.

tenere lascivior hædo.

Hædus ex Ambracia optimus. Gell. cap. 16. lib. 7.

Hædulus, Hædillus, & Hædiculus, diminutiva. { ἡδαιός, ἡδαιός. GALL. Petit chevreau. ITAL. Picciolo capretto. GERM. Ein geyßlin. HISP. Pequeno cabrito. ANGL. A little kidde. } Plaut. in Asin. Dic igitur me tuum passerulum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Juvæ. Satyr. 11.

E libertino veniet pinguis ager

Hædulus.

Harpago, as: Rapio, & tanquam harpagone subtraho. } ἄρπῆ
 ἀρπάζω. GALL. Acrocher, tiver & after avec un croc ou havet. ITAL.
 Rapire, rampinare. GERM. Zuhinhacken / zuhinziehen / grappen. HISP.
 Arrebatar. ANGL. To dravo with a grapple or draigo. } Plaut. in Au-
 lularia. Hei misero mihi, autem mihi intus harpagatum est. Idem
 Bacch. Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere
 tenet: improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod
 queat. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Nihil etiam dum harpagavit. Idem
 Pseud. sc. 2. a. 1. Rapc, clepe, tene, harpaga, &c.

Harpagus. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Audin' harpage.

Harpaliccē, ἀρπαλίχνη, Nomen mulieris, Harpali Thracum Regis filia,
 quæ patrem à Getis captum liberavit. Author Serv. in illud 1.
 Aeneid.

— vel qualis equos Threiffa fatigat
 Harpalice, volucrumque fuga prævertitur Hebrum.

¶ **Harpalus**, nomen canis apud Ovidium. }

Harpātūs, nomen est prædonis, apud Cic. lib. 1. de nat. deor.

Harpālūcēā, ἀρπαλίχνη, civitas Phrygiæ à Gordiotichitis condita.
 Stephan.

Harpāsā, orum, ἀρπῆσαι: Oppidum Asiæ, oppositum fluvio Harpaso.
 Plin. lib. 2. cap. 96. Juxta Harpasa oppidum Asiæ cautes stat hor-
 renda, uno digito mobilis, eadem, si toto corpore impellatur, re-
 sistens.

Harpastum. } ἀρπῆστιον. GALL. Vne balle, une grosse pelotte à jöier. ITAL.
 Palla del calzo. GERM. Ein grosse ballen mit deren man furtzweil treibt.
 HISP. Instrumento para arrebatat. } Genus est pilæ grandioris pila
 paganica, minoris tamen quam follis: ita dictum ab ἀρπάζω, verbo
 Græco, quod est rapio, eo quod plures projectum harpastum conen-
 ter arripere, & extra ludi limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non
 repercutitur, sed quum multi ludentes in duas partes divisi sunt,
 quisque annitur pilam arripere, & ad suos, qui post se sunt vicini-
 tes limitibus, transmittere: ejusque partis victoria est quæ pilam ex-
 tra limites ejecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribusque
 tantum conveniens. Quam enim multi simul pilam arripere conan-
 tur, in terram se invicem prosternunt, pulverisque & sudore infecti
 hævescunt. Martial. lib. 14. cap. 48.

Seu lentum coroma teris, tepidumque trigona,
 Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

¶ **Harpator**, qui harpâ musico instrumento ludit. Cod. ll. antiq. }

Harpāx, agis, vel agos, ἀρπαξ. A Syris vocatur electrum, eo quod fe-

stucas & paleas ad se rapiat: apud quos etiam mulieres verticillo
 ex electro conficere solent. Plin. lib. 37. cap. 2. Syria quoque verti-
 cillos inde facere, & vocare harpaga: quia folia & paleas, vestium
 que fimbrias rapiat. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4. Nunquam erit ille poten-
 tior harpax, quam ego. Idem ibid. sc. 2. a. 2. bis.

Harpē, es, ensis est in lummitate falcatus. } ἀρπῆ. GALL. Vne simeterre,
 un sabre. ITAL. Scimitarra. GERM. Ein sebel / ein trumb (schwert). HISP.
 Cuchillo de Mercurio con guadaña. ANGL. A sworde crooked at the
 piynt. } Tali ense Mercurius usus fertur in occidendo Argo illo
 centoculo, & Perseus in amputando Medusæ capite. Ovid. 5. Met.
 Verit in hunc Harpen madefactam cade Medusa.

Lucan. lib. 9.
 Et subito præpes Cyllenida sustulit harpen.

¶ **Hassa**, ramus. In ll. Ripuar. tit. 67. §. 5. nempe ramus aridus, *haslé* Gal-
 lis. Vide *Hallus*.

Harpedone, ἀρπῆδων, proprie laqueus, quo aliquid arripitur. }

Härpöcrätēs, ἀρπῆκράτης. Simulachrum in sacris Iſidis & Serapidis erat,
 quod digito labiis impresso, admonere videbatur ut silentium fieret.
 Hic dicebatur silentii Deus. Revera autem Græcus philosophus
 fuit Harpocrates, cujus eruditio ac præcepta in id maxime tende-
 bant, ut silentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catul-
 lus in Gellium epigramm. 59.

Gellius audierat patrum objurgare solere,
 Si quis delicias diceret, aut faceret.
 Hoc ne ipsi accideret, patrum perdesse ipsam
 Vxorem, & patrum reddidit Harpocratem.

Ubi reddere Harpocratem (ut monet Erasmus in Adagiis) prover-
 bialiter dictum est, pro silentium imponere.

Häppyia, ἀρπυια, monstra describit Virg. lib. 3. Aeneid.
 Tristius haud illis monstrum, nec fævior ulla
 Pestis & ira Deum Stygiis sese extulit undis:
 Virginei volucrum vultus, fædissima ventris
 Proluvies, uncaque manus, & pallida semper
 Ora fame.

Dictæ ab ἀρπῆζων. A Suida vocantur ἀρπυιαὶ δαίμονες, hoc est, ræ-
 paces dæmones. Dicuntur fuisse Ponti & Terræ filia, ut ait Servius
 unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes,
 dictæ δὸν ἔ ἀρπῆζων, id est, à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo,
 manibus uncis. Alii Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum
 omnium pater est, nec immeritò: nam secundum Miletium Thale-
 tem, omnia ex humore procreantur: unde est,
 Oceanumque patrem rerum.

Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus pa-
 rentes. Alii autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ
 fuisse. Has Virgilius tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celæno: qua-
 rum postremam Homerus Padargen vocat, & ex ea Zephyrum ven-
 tum, Achillis equos, Balia videlicet, & Xanthum genuisse dicit.
 Hesiodus tantum duas nominat, Aello videlicet, & Ocypeten. De
 Harpyiis supra nonnulla dicta sunt in dictione Calais: nonnulla
 etiam infra dicentur in dictionibus Phineus & Zethes. Virg. lib. 3.
 Aeneid.

— Strophades Graio stant nomine dictæ
 Insula Ionio in magno, quas dira Celæno,
 Harpyiaque colunt alia, &c.

Hätrūdo, & harundinetum. Vide *Arundo*.

HÄRÜSPĒX, icis. } ἄρπῆκος, ἄρπῆκος. GALL. Devin. ITAL. Indo-
 vino, profeta. GERM. Ein warsager auß den eingeweyden der geopffere
 ten thieren. HISP. Adevin. ANGL. Divinour, a conjectour of things
 to come. } Qui harugis, id est, hostiis inspectis futura prædicit. μῦθις.
 Terent. in Phorm. Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi ne-
 gorii incipere. Hunc locum exponens Donatus: Haruspex, inquit,
 ab haruga derivatur, quæ est hostia, ab hara, in qua concluditur &
 servatur. Melius cum aspiratione scribitur. Plaut. Cure. sc. 1. a. 4. La-
 nium, vel haruspice in velabro reperias.

HÄRÜSPĒCĀ, Divinatricis. } ἄρπῆκος, ἄρπῆκος. GALL.
 Devineresse. ITAL. Indovinatrice. GERM. Ein warsagerin auß den eins
 gewey / den der geopfferten thieren. HISP. Adevinadora. ANGL. She
 that conjecteth things to come. } Plaut. in Milite, Da qui faciat,
 qui condat: da quod dem Quinquatribus, Percantatici, collectri-
 ci, hariolæ, atque haruspice.

HÄRÜSPĒCĪNŪS, a, um: quod ad haruspicinam pertinet. } ἄρπῆκος, ἄρπῆκος.
 GALL. Servant à deviner. ITAL. Pertinente ad indovinare. GERM.
 Das zu diser kunst dest warsagens gehörit. HISP. Cosa perteneciente à
 devinar. ANGL. That belongeth to divinacion. } Unde libri haruf-
 picini dicuntur qui de haruspicina, hoc est, haruspicum arte præ-
 cepta tradunt. Cicero de divin. Quod Hetruscorum declarant &
 haruspicini, & fulgurales, & rituales libri: nostri etiam augu-
 rales.

HÄRÜSPĒCĪNĀ, x: Est ars divinandi ex casis hostiarum extis. } ἄρπῆκος, ἄρπῆκος.
 GALL. L'art & science pour deviner par la consi-
 deration des entrailles des bestes. ITAL. L'arte d'indovinare.
 GERM. Die kunst des warsagens auß der geschlachten thieren engeweyd.
 HISP. El arte de aquella devinacion. ANGL. The art of sooth saying
 by beholding the entrailles of beastes. } Cic. de divin. Ut ordiat
 ab haruspicina, quam ego Reipublicæ causa communi que religio-
 nis colendam cenleo. Haruspicinam facere. Cic. ad Leptam, Quare
 bono animo sint & mei & tui familiares: neque enim erat ferendum,
 quom qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legeren-
 tur, &c.

HÄRÜSPĒCĪUM, ii, haruspicina, ars divinandi ex inspectione extorum.
 ἀρπῆκος, ἄρπῆκος. Catull.
 Nascentur magnus ex Gelli, matrisque nefando
 Conjugio, & discat Persicum haruspicium.

Häsbytx, ἀσβύτι, Africae interioris populi, post Nasamones, Macis si-
 nitimi. Author Plin. lib. 5. cap. 5.

Häsdrübäl, vide *Asdrubal*.

¶ **Hassa**, ramus. In ll. Ripuar. tit. 67. §. 5. nempe ramus aridus, *haslé* Gal-
 lis, vide *Hallus*. }

HASTA, a, ab ἄστυ. Est instrumentum ex ligno terete, cuspidate præferrata, qua milites in bello utuntur: hasta dicta, ut inquit Varro, quod stans ferri solet. Antiquitas enim Asta sine aspiratione scribebatur. { ἄστυ ehanith, ῥόμας rómach, ἰσπ kon. ἀστυ, δόρυ. GALL. Lance, pique, javeline. ITAL. Asta, lancia. GERM. Ein spieß. HISP. Lança. ANGL. A pike or spear. } Cic. 2. de finib. Evelli iussit eam, qua transfixus erat, hastam. Plaut. Bacch. Ibi cursa, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, saliendo se exercebant. Idem Most. sc. 2. a. 1. Disco, hastis, pila, cursu exerceri. Ibid. sc. 1. a. 2. Ubi aliqui quindenis hastis corpus transigi solent. Ovid. 13. Metamorph.

— *parmam hastamque tenenti.*
 ¶ Gell. cap. 6. lib. 4. Hastas Martias movisse in sacratio. Ad hastam accedere. Liv. lib. 3. dec. 5. ¶ Hasta pura. Suet. cap. 28. in Claudio. ¶ Hastam centumviralem cogebant Centumviri. Idem in August. cap. 28. & Quirilian. In duas partes centumviralem. ¶ Hastam abjicere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Cic. pro Muren. Vidēne tu illum tristem, demissum? Jacet, diffidit, abjecit hastas. Erasmus in chilianibus. Hastæ subicere bona alicujus, est ea publicæ auctione vendere, eique, qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim hasta figi in auctiōibus publicis: unde factum est ut hasta nonnunquam pro ipsa auctiōe ponatur. Cicer. Philipp. 8. Itaque hastam semper videre cupiunt ii, qui nostris hostibus imminent. Idem lib. 15. Epist. ad Cassium, Cæsarem putabant molestè larurum, ventrem ne hasta restixisset. ¶ Sub hasta subire, est vendi. Plaut. in Mostell. Vel isti qui trium numerorum causa subeunt sub hasta. ¶ Primas jactare hastas dixit Cic. 2. de Orat. pro velitari, quod ad oratorem transfert, cujus dictio initio debet esse levis & sedata, ut paulatim incandescat oratio. ¶ Ab hasta fit diminutivum Hastula, quod parvam hastam significat.

¶ Hastarius, a, um: ad hastam pertinens. ||
 Hastarium, ii. Venditio auctiōnaria. { λουροπωλία. GALL. Vente à l'encant. ITAL. Vendita à l'incanto. GERM. Vergandung oder verkauffung. HISP. Almoneda. ANGL. Open sale or porte sale. } Unde Tertull. in Apol. In hastario vestigales sumus.

Hasta centumviralis idcirco dicta, quod centumviri hasta in foro posita judicabant. Bud. in Annot. prior.

Hastati dicti sunt, qui primi in acie cum hastis constitui solebant. { ἄστυ. GALL. Piquiers. ITAL. Conlancia o javelina. GERM. Spießknecht/ mit spießen brauffnet. HISP. Armados de lança. ANGL. Piquemen. } Hastatus verò primus dicebatur, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc Ducenarium vocant, ut Vegetius adnotat cap. 8. lib. 2. Varro de ling. Latin. lib. 4. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Vide in dictione Antepilani.

Hasticus, a, um. Suct. in Calig. cap. 20. Edidit in Sicilia Syracusis hasticos ludos.

Hastilè, is, dicitur quod ad hastæ formam factum est, hoc est, lignum teres, oblongum, cujusmodi est hasta. { λόγχη, τὰ ἀστυία ξυλόν, σιγω. GALL. Fait en forme de javeline, pique ou lance. ITAL. Fatto à guisa d'asta. GERM. Das wie ein spieß gemacht ist oder ein spießstang. HISP. Hastel o hasta pequena. ANGL. A pole or long staffe called a spear staffe. } Cic. pro Rab. Quum denique Quint. Scævola confectus senectute, præpedicus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis, hastili innixus, &c. Virg. 5. Æneid.

— *præfixa hastilia ferro.*
 Hasta, oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Japygium promontorium: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

¶ Hasta Pompeia, aliàs Asta, Ast. V. E. sub A. Mediolanensi, in Principatu Pedemontano. ||

Hastula regia. { ἀσφodel. GALL. Asphrodille. ITAL. Assodella. GERM. Affodel wum. HISP. Gamonico. } Herbarum genus est, quæ & albucum & asphodelus vocatur. Plin. lib. 21. cap. 10. & lib. 16. cap. 11.

Hau, interjectio est mentis perturbata, φασ, ε. Terent. in Eunuch. Hau obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? Interdum invenitur geminatum. Idem in Adelph. Hau hau mi homo sanusne es?

¶ Havana. V. Cuba, insula. ||

Haud, à Græco αὐρι. Unde Scaliger mavult scribere haut, quàm haud. { ἄν' lo. σὺν. GALL. Non, non pas. ITAL. Non. GERM. Nicht. HISP. & ANGL. No. } adverbium negandi, significat non. Terent. in Andr. Haud muto factum. Haudquaquam, ἕμῃ: hoc est, nullo pacto, vel nullo modo. Liv. lib. 30. Afrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Ovid. 13. Metam.

— *Haud timeo si jam nequeam defendere crimen.*

Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Metuam ego haud multum. Ibid. sc. 2. a. 5. Haud sum falsus, quàm facile est. Ibidem, Haud abstinent culpa. Ibid. sc. 5. a. 5. Haud pro infano istud respondit. Ibid. sc. 2. a. 4. Si pauper est atque haud malus, nequam habetur. Idem Pseud. sc. 2. a. 5. Haud malè mones. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Hoc haud multò post luce lucebit (id est, mox.) Et Pseud. sc. 4. a. 4. Haud multò post seibis (id est, mox.) Ibidem, Haud multò prius (id est, paulò antè.) Idem Aul. sc. 3. a. 1. Novi hominem haud malum. Ibid. sc. 1. a. 5. Iplus est, haud alius est. Idem Men. sc. 4. a. 2. Haud invita fecero. Haud aliter, vide Aliter. Haudscio, pro nescio veteres dixisse tradit Phocas Grammaticus.

¶ Have, vide Ave.

Havelburgum, Havelburg. V. E. sub A. Magdeburgensi, ad Havelum fl. in Marchionatu Brandeburgensi sita.

Haugustaldemium, Haugustaldem. V. olim E. sub A. Eboracensi in Anglia. ||

HAURIO, is, hausi, haustum, & hauritum, apud Apul. ab ἄρῳ, significat propriè extraho humorem, & educo ex aliquo profundo loco. { ἄρῳ schaub, ἄρῳ dalab. ἄρῳ μου, ἀρῳ, ἀρῳ μου. GALL. Puisser & tirer. ITAL. Tirar fuori, attingere. GERM. Schöpfen. HISP. Sacar fuera lo liquido. ANGL. To drawe wather or osher licour out of a deepe place. } Cic. de div. Qui quum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem de Clar. Or. Si is portare velit, de dolio sibi hauriendum putet. Idem 3. Acad. Ut ex fontibus potiùs hauriant, quàm rivulos confectentur. Idem de di-

vinat. Aqua è puteo hausta. Ovid. 3. Fast. — *Chanæ alvens haurit aquas.* (C. fragus.)

Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist. — *Aut Hyadas saxo hauserat Auster aquis.*

Hausit mare quasdam gentes. Senec. c. 6. de consol. ad Helv. ¶ Haurire pro absorbere atque devorare, ut apud Plin. lib. 7. cap. 13. porionem mulsi haurire. Colum. lib. 7. cap. 17. Nam qui dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. ¶ Haurire interdum solum est ore attrahere, nec verò devorare. Cels. lib. 6. cap. 9. Sed in his tribus vitandum est, ne quod haustum erit, devoretur. ¶ Haurire auribus, est audire. Virg. lib. 4. Æneid.

— *vocemque his auribus hausi.*

Haurire oculis est aspicere, pro quo poetæ etiam interdum dicunt Haurire, omisso ablativo oculis. Idem 10. Æneid.

— *Suspiciens hausit cælum, mentemque recepit.*

¶ Accipitur etiam pro confodere, seu vulnerare. Ibidem. — *Per tunicam squallentem auro latus haurit apertum.*

¶ Item conficere, absolvere. Idem lib. 4. Georg. — *Et medium sol igneus orbem Hauserat.*

¶ Item defatigare. Idem, — *exultantiâque haurit Corda pavor pulsans.*

¶ Item exequi, implere, ἀσπλῆν, ἐκπινῶν. Lucil. lib. 30. — *Quando haurire animus Musarum, & fortia gessit.*

¶ Haurire oscula & sermonem. Senec. cap. 3. de consol. ad Marc.

¶ Haurire opes urbium. (Essuifer les richesses des villes.) Liv. lib. 4. d. 4. ¶ Haurire pectus gladio. Gell. cap. 13. lib. 9. Ovid. 13. Metam. dixit,

— *nostrumque haurire cruorem.*

¶ Item luere pœnam, & supplicium sustinere. Virg. 4. Æneid. — *Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt, Supplicia hausurum scopulis.*

Quo in loco Virgillii observato hausurum dici absque t, pro haustum. ¶ Item consumo, ἔρρωμι. Livius 5. Tam longi temporis opus incendium hausit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium. Idem lib. 7. bell. Pun. Haurire oculis, & auribus gaudium. Vide Bud. in Annot. & in epist. Hujus compositum est Exhaurio, ἔξωρῶ. Legitur nonnunquam præteritum haurivi, & supinum hauritum. Varro ad Cicer. Quum idem quoque haurierit. Apul. lib. 2. de asin. Lagena facilis hauritu.

¶ Hauritorium, ἄνληρυς. Onom. Gloss. ἀνληρυσιον, hauritorium, ex eo, quod haurio supinum quoque format hauritum, exhaurivi, sed inusitatum. Vide & haustum. ||

Hausto, as, frequentativum, à quo fit compositum Exhausto. Festus, Exhaustant, efferunt.

Haustrus, us. Sorbitio,eductio liquoris ex aliquo loco. { ἄρῳ μασητόν. ἄνληρυς. GALL. Puisement ou trait à boire. ITAL. Sorbimento, il vuotare. GERM. Schöpfung. HISP. Potaje, o bevida, o cosa que se beve, sacamiento à suera de liquido. ANGL. A dravoght in drinking, a dravoght of water. } Col. lib. 1. Si deerit defluens unda putealis, quaratur in vicino aqua, quæ non sit haustus profundus, id est, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ovid. 6. Metam. — *Haustrus aqua mihi nectar erit.*

Quintilian. Hinc ille Justitiæ haustus bibat.

Haustrus, a, um: Absumptus, devoratus, absorptus, demersus. { ἄρῳ schaub. ἄρῳ ἄρῳ. GALL. Puis, tiré, englouti. ITAL. Consumato, devorato, bevuto, inghiottito. GERM. Versunken/ verschluckt/ vdrungangen. HISP. Cosa bevida, gustada y tragada. ANGL. Drucken or drunken up greedely. } Liv. lib. 1. Nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Idem lib. 33. Multæ naves ejectæ, multæ ita haustæ mari, ut nemo in terram enaverit. Ovid. 3. Fast. — *Puppis & absumptis omnibus hausta perit.*

¶ Hausta in profundum arbores. Liv. 10. bell. Pun. Ut in Veliterno agro terra ingentibus cavernis confedit, arborisque in profundum hausta, id est, absorpta.

Haustrum, i, teste Budæo, est machinæ genus rotam habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurimus: quod tympanum vocatur. { ἄνληρυς. GALL. Un seau, ou autre vaissseau à puiser, ou la roue à puiser. ITAL. Rota d'altro ingenio da cavar aqua. GERM. Ein rad mit welchem man wasser auffzeucht/ ein schöpftrad. HISP. El arcada de anoria para sacar aqua. ANGL. A wheele to dravo up water. } Lucr. lib. 3. — *Ut fluvios versare rotas atque haustra videmus.*

Nonius tamen mavult haustra esse ipsos cados, hoc est, situlas in huiusmodi machinis, quibus aqua hauritur.

HE

Heautontimorumenos, ἑαυτὸν τιμωρόμενος. Nomen est fabulæ Terentianæ, quod seipsum excruciantem interpretari possumus, τιμωρόμενος enim idem est, quod sævio, punio, crucio, & ἑαυτὸν, seipsum. Inducitur enim senex Menedemus seipsum excrucians, quod filiam Cliniam duritia sua in militiam proficisci compulserit.

Hēbdōmās, adis. { ἑβδω schabūab. ἑβδωμῆς. GALL. Une semaine, ou septenaire. ITAL. Settimana. GERM. Ein wochen. HISP. La semana. ANGL. A week. } dicitur numerus septenarius, sicut ogdoas numerus octonarius, & enneas novenarius, decas denarius. Cicer. Tyrone, lib. 16. Epist. Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomadem incideres. Ubi per quartam hebdomadem intelligit diem vigesimum octavum: qui numerus constat ex quatuor septenariis. Septimi autem quique dies in febribus crissimi sunt & perniciosi. Neque verò solum de diebus dicitur, sed etiam de annis & quibuscunque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. Gell. cap. 10. lib. 13. Tum ibi addit, se quoque jam duodecimam annorum hebdomadem ingressam esse, & ad eum diem septuaginta quinque librorum hebdomadas scripsisse. Idem Gell. cap. 2. lib. 15. Hebdomadibus Lunæ agitabantur convivia.

¶ Hebdomada,

Hebdomada, idem quod hebdomas, pro septem dierum intervallo. Latini autem inde fecerunt hebdomadam, qua non tantum Ecclesiastici scriptores, sed etiam exoterici utuntur.

Hebdomadarius, substantivè, id est, coquus monasterii.

Hebdomarius, ἑβδομαρχία dicebatur, qui per vices septimanatim cubiculum Imperatoris custodiebat.

Hebe, filia fuit Junonis absque patre, ut Latinorum poetarum asserunt. Apollo enim cum Junoni novercae convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit: quas cum Juno avidè comedisset, illicò usque tunc sterilis, pragnans effecta est, peperitque Hebem, quam postea Jupiter ob formae elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deamque juventutis effecit. Tandem cum ipse una cum caeteris diis apud Aethiopes comessaturus ivisset, factum est ut administrans ei Hebe pocula, perque lubricum minus cautè incedens caderet, revolutisque vestibus obscena Superis monstraret: quam ob rem ab officio est amota, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deo relato, uxor data. Author Servius. Homerus autem ex Jove eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed caeterorum deorum pincernam fuisse, Ganymedem verò solius Jovis. Ovid. lib. 9. Metam.

Hoc illi dederat Iunona muneris Hebe, &c.

Hæc dea juventutis putabatur: ἡβη enim florem ætatis & primam pubem significat.

Hēbēns, i, gen. scem. & hoc Hebenum, i. { הַבְּמִין hebmin. ἡβη & Dioscoridi. } Cujus descriptionem vide supra in dictione Ebenus.

Hēbēs, etis, ab ἡβη. Obtusus, piger, acumine carens. { מְקַהֵב mekahab, מְקַהֵב nirkēh. ἀμβλῦς. GALL. Qui a la pointe ou le tranchant rebouche, refoulé, rebatu, louré, grossier, hebeté. ITAL. Spuntato, ribattuto, rintuzzato, grossolano, tardo, non acuto. GERM. Stumpff. Item tollt eines langamen verstands. HISP. Bovo, contrario de agudo, perezoso, rudo de ingenio. ANGL. Blunt, dull, slow. } Cic. lib. 2. Acad. Quid? Lanæ quæ lineamenta sunt, potestne dicere hujus & nascentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? Ovid. 3. de arte amandi, Ponite jam gladios hebetes, pugnatur acutis.

Atque in hac significatione proprium est. Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. uti hebes machæra foret. ¶ Translatè autem ponitur etiam pro tardo & stupido. Cic. 10. Philipp. Scilicet hæc Panfa aut non videt (hebeti enim ingenio est,) aut negligit? id est, ingenio non acuto, sed tardo. Idem 2. de Divin. Videlne Epscurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum, &c. Ovid. 5. Fast.

Vel quia nec flos est, hebeti nec flamma colore.

Idem 13. Metam.

ut est hebes esse videtur.

¶ Hebes ad. Cælius Ciceroni lib. 8. Neque hebes ad id quod melius sit intelligendum. ¶ Hebes in. Cic. de Orat. Aliud enim est esse artificem ejusdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine non hebetem, nec rudem. ¶ Hebes gestu. Colum. lib. 3. cap. 2.

Hēbēs, es: Hebes sum. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GALL. Estre rebouche, refoulé, rebatu & émoucé. ITAL. Essere ottuso, rintuzzato, ribattuto, spuntato. GERM. Stumpff sein/ toll sein. HISP. Ser bovo, embotarse, ser perezoso. ANGL. To be dull. } Liv. lib. 23. Num festum hebet? an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis. Virg. 5. Aeneid.

sed enim gelidus tardante senectæ

Sanguis hebet, frigētiq; effecta in corpore vires.

Hēbēsco, scis, Hebetior fio. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GALL. Se reboucher, devenir stupide. ITAL. Divenir più ottuso, balordo, stupido. GERM. Stumpff oder toll werden. HISP. Embotarse, emperzarse. ANGL. To waxe dull or slow. } Cic. 1. Tusc. Sic mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit, id est, obtusior, desidiosior & remissior fit. Salustius, Postquam divitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus cœpit.

Hēbēs, as: Obtundo, obscuro. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GALL. Reboucher, rebatre, refouler, faire émoucé. ITAL. Obscurare, far divenir stupido, rintuzzare. GERM. Stumpff machen/ toll machen/ verduckt. HISP. Embotare, escurecer. ANGL. To mak dull or blunt. } Plin. in Paneg. Eodem ergo tempore nec amicos modò, sed & corpora ipsa languescere, gladios etiam in curia hebetari, retundique gaudebatur. Plin. lib. 7. cap. 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur.

Hebetatus, a, um, Suet. in Claud. cap. 2. Animo simul & corpore hebetato, nulli muneri habilis.

Hēbētatio: Obrusio, corruptio, & obscuratio. { ΜΑΡΕΨ μαρπέψις. GALL. Rebouchement, refoulture, rebouissement, stupidité. ITAL. Lo stupire & rintuzzare. GERM. Stumpffe/ vnscharpsheit/ dunctelheit. HISP. Aquella obra de embotar. ANGL. A dulling. } Plin. lib. 8. cap. 5. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente capris & melancholicis. Senec. cap. 15. de tranquill. Hebetatio & languor animorum ex assiduo labore.

Hēbētudo, Hebetatio. { ἀμβλῦς. ANGL. Dulness, duciness. } Macrobo. comm. lib. 1. cap. 14. Memoria non illa ratione mista, ut quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur.

Hēbētisco, scis, scere. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GALL. Devenir stupide. GERM. Stumpff vnd vnschneidig werden. HISP. Embotarse. ANGL. To waxe stupide or dull. } Plin. lib. 28. cap. 7. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere. Cornel. Fronto de differ. verbor. Hebescit quod natura obitupefcit: hebetescit, quod amittit aciem.

Hēbētātrix. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GALL. Celle qui fait éblouir & obscurcir. ITAL. Che obscura. GERM. Ein verdunctlerin. HISP. La que haze escuro. ANGL. That dulleth and maketh stupide. } ut, Hebetatrix umbra. Plin. lib. 2. cap. 13.

Hebræi. { מְקַהֵב mekahab. ἀμβλῦς. GERM. Die Israeliten. } dicti sunt Judæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filii Noë, prius Heberæi cognominati, ac deinde una detracta litera, Hebræi: sicut docet Aug. lib. 10. de civit. Dei. Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse communis, quum gentes linguarum di-

versitate sint diversæ, deinde Hebræa est nuncupata. ¶ Ab Hebræus fit Hebraicus, Hebraica, Hebraicum, ut lingua Hebraica.

¶ Hebræa, lorica. Gloss. vet.

Hebrides, Illi, insulæ versùs Scotiam adjacentes.

Hebron, vide Ebron.

Hebrus, ἑβρος, fluvius in Thracia: nascitur juxta Hadrianopolim, in monte Rhodope, labiturque in Ægæum mare, è regione Samothraciæ insulæ. Celebratur propter aurum quod ex arena ejus colligitur. Tibull. lib. 4.

Quaque Hebrus Tanaisque Getæ rigat.

Poetæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum conficissent, projectum esse, unde & Oægrius dicitur, ab Oægro Orphei patre. Virg. lib. 4. Georg.

Tum quoque marmorea caput à cervice revulsam

Gurgite quum medio portans Oægrius Hebrus,

Volveret, &c.

Ovid. lib. 11. Metam.

Membra jacent diversa locis, caput Hebre lyræmque

Excipis, & mirum, &c.

Martial. lib. 6. Hebrum (inquit) Odrisiæ nives complent, qui inter diversos barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Mariza dicitur.

Hecale, ἡκάλη. Nomen anus pauperulæ, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitio suscepit. Plutarch. in Theseo. Hujus paupertatem Callimachus justo volumine celebravit. Hinc natum proverbium, Nunquam Hecale fies, hoc est, nunquam te inopia opprimeret. Ovid. de Amor.

Cur nemo est Hecalen, nulla est, quæ noverit Irum?

Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Plaut. in Cist. Siquidem eris ut volo, nunquam Hecales fies.

Hecamedæ, ἡκαμειδῆ. Arfinoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, teste Hom. lib. 11. Iliad.

Hēcātē, ἡκᾶτη: Jovis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex nomen attribuitur: unde à Virgilio Tergemina vocatur: nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. ¶ Dicta Hecate, teste Servio, quod centum victimis placetur, aut quod centum annos errare jubeat insepultos. Verisimilius videtur, Hecates nomen factum esse à masculino ἡκᾶτης, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phæbo Phæbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab ἡκᾶς longè, quod eminus radios suos ad nos mittat, & quodammodo jaculetur. Hæc & ἡκαίφαλος, quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovid. 9. Metam.

Tūque triceps Hecate.

¶ Alia fuit Hecate herbarum, veneficiorumque peritissima, quæ in Taurica Cherronæso regnavit, teste Dionysio Milesio. Vide 1. Argonauticôn, & Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 4. item Apollon. Rhod. lib. 3. Argonauticôn. Filia fuit Persæ, filii Solis, & fratris Hecæ: à quo & Perseis, sive Perseia cognominatur. Ovid. 7. Metam.

ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras.

Valerius Flaccus lib. 6.

Hanc residens altis Hecate Perseique lucis Flebat.

¶ Veteres cœnam perparcam & impendiò frugalem, Hecate cœnam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoque cibo, coque vilissimo vivitur, juxta Poetarum theologiam.

Hecatebeletes: Græcè ἡκατηβέλης. Suet. in Neron. cap. 39. ex quodam poeta.

Dum tendit citharam nosser, dum cornua Parthus,

Nosser erit Paan, ille Hecatebeletes.

Hēcātæus, ἡκαταῖος, Historicus Milesius, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darij, qui Cambyse succcessit. Author Suidas. ¶ Fuit præterea eodem nomine Grammaticus quidam Abderita, cujus meminit idem Suidas.

Hēcātōmbē, ἡκατόμβη. Sacrificii genus, in quo ritus hic servabatur, ut centenæ unius generis macarentur victimæ: ut centum sues, centum hædi, &c. Jul. Capitolinus, Tantum sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat ut hecatombem faceret: quod tale sacrificium est, Centum aræ uno loco construuntur ex cespite: ad eas centum sues, vel centum oves macantur. Jam si Imperatoris sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, &c. Hujusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Dicta Hecatombæ à numero victimarum: vel à numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi urbes id faciebant. Juven. Sat. 12.

— existunt qui promittant hecatomben.

Hēcātōmpōlis, ἡκατόπολις. Cretæ insulæ epitheton est, à numero civitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste lib. 3. Aeneid.

Creta Iovis magni medio jacet insula ponto,

Mons Idaeus, ubi & gentis cunabula nostra,

Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Hēcātōmpēdōn, ἡκατόπεδον. Templum erat apud Athenienses Minervæ dicarum, patens omni à latere pedes centum: unde & nomen accepisse existimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit hujus templi Plutarch. in Pericle.

Hēcātōmphōnīā, ἡκατόφωνα. Sacra erant apud Messenios celebrari solita, à centum hostium cæde originem habentia. Meminit hujus sacri Plutarch. in convivio septem Sapientum.

Hēcātōmpūs, odis, ἡκατόπους, nomen piscis, qui hamo devorato omnia interanea evomit, donec hamum quoque egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: unde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & scolopendra, à terrestris scolopendræ similitudine.

Hēcātōmpylōs, ἡκατόμυλος. Thebes Ægyptiæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac urbe fuisse dicuntur. Juvenalis.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

¶ Est item ejusdem nominis urbs in Parthia, teste Stephano.

Hēcātōnchīrōs, ἡκατόχηρος, Briarci, sive Ægæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poetæ. Briarcum centum

manus,

Rectius scripseris Elei, sine aspiratione. Nam apud Græcos Ἠλεῖ, & Ἠλεῖα tenui spiritu scribuntur.

Hēlēnā, α, Helene, es, Ἠλένη. Filia fuit Jovis ex Leda, Castoris & Pollucis soror: vel, ut alii, Tyndari regis Laconiae, & Leda. Hæc ob formæ elegantiam, quæ cæteris prætabat, à multis amata est; & primùm à Theseo quædam virginitas rapta, sed postea restituta: mox adulta Menelao Lacedæmoniorum regi nupsit. Paris autem Priami filius, nemini quoque forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam navigavit, ibique Helenam absente Menelao, à quo prius benignè fuerat exceptus, rapuit. Alii tamen dicunt, quum postulata Hestona negaretur, Paridem illam regionem bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captivam adduxisse. Hæc injuria universi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide conjuraverunt de repetenda Helena, & evertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobo ejusdem fratri nupsit. Quumque Græci armis diffidentes, ad prodicionem conversi, discessum ex composito simulassent, illa ex arce accensa face ad occupandam urbem Græcos convocavit. Capta autem urbe, Menelaum in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, vocavit: quo interfecto, cum viro in gratiam rediisse, Virg. author est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem navem ascendens, tempestatibus in Ægyptum delata est, unde tursus navigans, cum marito incolumis Lacedæmona pervenit. Virg. 7. Æneid.

Ledaámque Helenam Troianas vexit ad Vrbes.

Ovid. 13. Metam.

Pradámque Helenámque reposito.

Scribit Demetrius Moschus tanta Helenam venustate fuisse, ut mirificæ admirationis, & ferè stupori fuerit ipsis diis: quippe cujus curam, Venere tradente, Gratiæ susceperint. Illas verò his verbis est affata:

Δύπε φίλων τίλω μὲν ἀντιπάλαν ὡς ἐπίοικον, Οἷον ἔμθον πολύκαρπον ἐπὶ φῶσπι, ἄμφοροθον ἕον.

Hēlēnē, Ἠλένη. Alio nomine Cranaë. Insula est una ex Sporadibus, quæ adjacet Sunio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta, quòd Paris rapta Helenæ primum in ea stuprum intulerit.

Hēlēnium. { Ἠλένιον. GALL. Enula campana, aulinée. ITAL. Lella, enula, enoa. GERM. Manttraut. HISP. Raiz de ella. ANGL. El campana. } Herba quæ ex Helenæ lachrymis fingitur nata in Helene insula, in qua Paris illi primum obtulit stuprum. Favere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam. Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota. Vide Plin. lib. 21. cap. 10. Officinis Enula campana.

Helenopolis, urbs Bithyniæ, ab Helena, Constantini M. Imper. matre sic dicta.

Hellenopontus, ab Helena Constantini matre sic nuncupatus.

Hēlēnus, Ἠλένης. Virg. Troianus filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus, quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quinetiam everso Ilio Pyrrhum à navigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non solum à Pyrrho servatus, verum etiam liberè liter ab eo habitus est: quumque ille Orestis Hermionem eripisset, Andromachen, quam antea juxta uxoris loco habuerat, Heleno concessit: adjecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaontiam appellavit: in qua & urbem ad similitudinem Troiæ condidit, in qua & profogum Æneam hospitio suscepit. Virg. lib. 3. Æneid.

quum sese à manibus heros

Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Helepolis, Ἠλεπολις, machina quædam obsidionalis.

Helio, stagnantium insularum maxima, ab anguillarum copia sic dicta.

Hēllādēs, Ἠλιάδης, fuerunt filie Solis & Clymenes, sorores Phaëthonis, quarum nomina sunt Phaëtusa, Lampetusa, & Lampetia. Hæ juxta Padum mortem Phaëthonis fulmine dejecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, versæ sunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem heliades à patre Sole, qui Græcis Ἠλιος dicitur. Ovid. lib. 2. Metam.

Nec minus Heliades lugent, &c.

Erdem & Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëthonte. Virg. Eclog. 6.

Cum Phaëthontiades musco circumdat amara

Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Hēllia, Ἠλιάδα. Maximum erat Athenis judicium, cujus judices heliades, Ἠλιάδαι dicebantur, παρὰ τὸ Ἠλιαῖδαιον εἶναι, ἢ τὸ Ἠλίη βασιλεύειν: hoc est, ab eo quòd sub dio esset, & Solis radiis verberaretur. Vide plura de hac voce apud Pollucem & Aristophanem interpretem.

Hēllēe, es, Ἠλένη, Græco nomine dicitur quæ à nobis Urfa major: δὸν ἔλασθαι, hoc est, à circumvolutione dicta, quòd diei noctisque spatium circum Polum Arcticum volvatur. Ovid. 1. Tristium,

Esse duas Arctos quarum Cynosura notetur

Sidonii, Helicem Graia carina notet.

Fuit item Helice, oppidum Achaiae propriè dicta, ad sinum Crysaicum, maris impetu haustum. Plin. lib. 2. cap. 92. Pyrrham, & Antissam circa Mæotim Pontus abstulit: Helicem & Butam in sinu Coninthio: quarum in alto vestigia apparent. Ovid. 13. Metam.

Si quas Helicem & Butam Acheidos urbes,

Invenis sub aquis: & adhuc ostendere nauta

Inclinata solent cum manibus oppida mersis.

Hēlliochrysos, sive heliochrysum. Ἠλιόχρυσος. Herba est, quam alio nomine Chrysantemon appellant, ramulis candidis, foliis subalbidiis, abrototo similibus, corymbos habens nunquam marcescentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercussum aurei apparent. Plinius lib. 21. cap. 25.

Hēlliocon, Ἠλικών. Mons Bœotiae juxta Thebas, atque (ut Strab. lib. 9. scribit) Phocidi vicinus, non procul à Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Unde Heliconides, Ἠλικωνίδης, & per epenthesin Heliconiadae Musæ sunt appellatae. Dicitur Helicon ab Helicone, qui cum Citharone fratre sin-

gulari certamine pugnasse fertur. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

In mediòque mihi das Helicone locum (ò Mula.)

Ibidem,

Totòque Helicone relicto (à me.)

Hēlliochryses, Ἠλιόχρυσος, Inaures sunt, sicut docet Julius Pollux, quæ & helicæ dicuntur, à claviculari vitium, quas helicæ vocant.

Hēlliochaminus, Ἠλιόχαιμος. Vaporarium quoddam solare in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendum. Ulpianus l. si arborem, ff. de servit. urban. præd. Si arbor, inquit, in heliocamino, vel solaris Solem necessarius, contra servitutem impositam fieri. Heliochaminus, inquit Budæus in prioribus annot. in Pandect. ad verbum, solaris fornax dici potest. Est autem solare vaporarium, in aprico situm, ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui utebantur. Plin. in Epist. lib. 2. de dijata quadam loquens, In qua heliochaminus quidam, aliâ xystum, aliâ mare, utraque Solem: cubiculum autem valvis, cryptoporticum fenestra prospicit.

Heliochrysos, herba (ab Ἠλιό Sol, & χρυσος aurum.)

Hēlliodorus, Ἠλιόδορος. Nomen proprium Rhetoris Græci, cujus meminit Horat. lib. 1. serm. Satyr. 5. Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem magister epistolarum effectus: in quem extat illud Dionysii Sophistæ scomma, Pecuniam & honores dare Cæsar potest, Rhetorem efficere non potest.

Heliogabalus, Ἠλιογάβος. Antonini Caracallæ filius, furtim susceptus ex Scenide Phœnissâ filia Melsæ, quæ soror erat Juliae uxoris Severi, Melsæ enim filiae duæ erant, Scenis & Mamæa: quarum utramque Antoninus creditur polluisse, atque ex illa quidem Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalus, ex hac verò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Julia, Antoninòque ipso Macrini dolo interfecto, permissum est Melsæ, ut se cum filiabus & nepotibus, rebûsque omnibus suis in patriam reciperet. Pollens itaque opibus mulier, quum Antiochiæ sibi domicilium delegisset, facilè perfecit, ut Bassianus nepos Heliogabali, Dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficere tur, ex cujus sacerdotiî munere & ipse Heliogabali nomen invenit. Astu deinde aviæ ad imperium proventus, vitam egit omni mollitiæ, luxuriæque genere effeminatissimam. Postremò quum Alexandrum consobrinum, Cæsarem confortemque imperiî declarasset, & mox facti pœnitens eidem insidiaretur, à militibus præventus, unâ cum matre est interfectus. Corpus utriusque per urbis vias unco tractum, ludibriòque habitum, tandem in Tyberim est conjectum. Ex Herodiano lib. 3.

Heliopolis, Ἠλιόπολις. Civitas Ægypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini sacra: unde & nomen accepit. Distat à Thebis navigatione dierum novem, ut lib. 2. testatur Herod. Hujus incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Ægyptiorum omnium solertissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chryssippi Stoici patria, ut author est Solinus.

Heliopus, Ἠλιόπος. Nomen herbae ejusdem cum heliotropio majori, inde dicta, quòd Solem inspicit. Vide Marcell. Virg. in Diosc. lib. 4.

Hēllioseōrion, Ἠλιοσεῖον. Quartum tithymali genus est, foliis portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor, aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Nascitur circa oppida, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente uva. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸ Ἠλίον, hoc est, ab aspiciendo Sole, capita enim cum Sole circumagat. Ex Plin. lib. 26. cap. 8.

Heliocelinon (quod hîc pro apii genere corruptè legebatur) rectius scripseris heleoselinon. Est autem heleoselinon apii genus, sativo majus, in paludibus, locisque humidis sponte proveniens: unde & nomen accepit. Nam Ἠλῖος Græcis paludem significat.

Hēlliostrōphon, Ἠλιοστρόφος. Nomen herbae quæ alio nomine heliotropium majus appellatur, teste Plin. lib. 22. cap. 21. Dicitur heliostrōphon, δὸν ἔστυπείφωσται τὸ Ἠλίον, hoc est, ab eo quod cum sole convertatur.

Hēlliotrōpium, Ἠλιότροπιον. GALL. Tornesol, herbe au chancre. ITAL. Girasole. GERM. Sonnenwübel. HISP. Tornasol. } Herba solaris: dicta quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Varro, Nec minus admirandum quod sit in floribus, quos vocant heliotropia, ab eo quod Solis ortum manè spectant, & ejus iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent. Plin. lib. 22. cap. 21. duo fecit heliotropii genera. Majus in pinguibus tantum locis cultoque solo nascens, quod & heliostrōphon nominat, vulgò, ut creditur, Canceris appellatus. Et minus ubique proveniens, quod & triticeon, & scorpiutum appellat, quòd semen habeat caudam referens scorpionis. Fuit etiam heliotropium, gemmae nomen, viridis quidem, sed sanguinis venis distinctæ. Causa nominis est, authore Plin. lib. 37. c. 10. quòd in vas aquæ dejecta, radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam speculi modo Solis imaginem reddit, ejusque eclipsin prodit, lunam prodeuntem ostendens.

Helis, vide Elis.

Helisus (quod hîc pro Atticæ fluvio malè legebatur,) vide Heliisus.

Hēllitis, Ἠλίτις Dioscoridi, squama æris decussa ex clavis ex Cyprio arte confectis: quæ subtilissimæ est substantiæ, summamque exsiccandi vim habet. Vide Galen. lib. 9. simplicium.

Helius Cæsarius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpicium Camerinum virum primarium, ejusdemque filium è medio sustulit, crimini dans, quòd quum cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias, ἐν τῷ ὀργυρμῆας, impii viderentur. Ex Dione Cassio.

Hēllix, icis, Ἠλίξ. Tertium hederæ genus nunquam fructum ferens, foliis habens exigua, angulosa & concinniora, quam reliqua duo hederarum genera. Vide Plin. lib. 16. cap. 34. Dicta helix quòd tenuibus sarumentis, veluti claviculari quibusdam arboribus fruticibusque circumvolvatur. Ἠλικας enim Græci claviculari appellant.

Hēllixia, Ἠλίξια. Insula Hyperboreorum, non minor Sicilia, sub fluvio Cerambica. Insulani Cerambicæ, κερμβικῆ, dicuntur. Steph.

Hēllixus, Ἠλίξος, Cei insulae fluvius juxta Corellum: cujus meminit Strabo lib. 10.

Hellas, adis. ἡ Ἰωνία. ἡ Ἰωνία. Latissima Eutopæ regio, olim disciplinarum nutritrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionem in Thessaliam usque protensa: ad Occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Ægæo mari alluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab est Hellene Deucalionis filio ut, scribit Thucyd. lib. 1.

Hellê, es, ἡ. Filia Athamantis regis Thebarum, quæ unâ cum Phryxo fratre, novercales infidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum vellet trajicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine Hellepontum vocant eruditi.

Hellêborûs, sive Helleborum, ἡλίβορος, παρὰ τὸ ἡλεῖν τῆ βορῆ, quod esu perimat. Herba est insignem purgandi vim habens, quam Latini Veratrum appellant. Ejus duo sunt genera, album, quod vomitione causas morborum extrahit: & nigrum, per alvum quicquid noxium est dejiciens: alio nomine Melampodium dictum à Melampode quodam (sive medicus, sive pastor fuerit) qui eo Præti filias in furorem actas, traditur persanasse. Præcipuus hujus usus est in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis sedem infestantibus: unde melancholicis & furiosis dari solet, & comitali morbo laborantibus. Hinc factum est, ut quos cerebro minùs sano esse velimus significare, Helleboro opus esse dicimus, aut Helleborum edere jubeamus. Plin. lib. 25. Efficacius helleborum ad vomitiones, & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. in Pseud. Helleborum hisce hominibus opus est. Masculino genere usus est Virg. 3. Georg. Helleborosque graves, nigrumque bitumen.

Colum. lib. 10.

Sed negat helleboros, & noxia galbana succo.

Apuleius nominis hujus primam vocalem aspirandam putat, etymon credo spectans. Apud Dioscor. tamen cæterosque Græcos, tenui spiritu constanter scribitur. Vide Elleborus.

Hellêborôsûs, ἡλίβορος. Dicitur qui plus hellebori sumpsit, quàm par fait. Plaut. in Rud. Helleborosus sum. T. At ego ceritus, Helleborum enim, si plus æquo sumatur, non mediocriter periculum creat: sin minus sumatur, magnam ægritudinem levare non potest. Unde stomachatur Persius in imperitos medicos, qui quum modum missionis ignorarent, non dubitabant tamen rem tam ancipitem, & periculois alex plenam, non sipe gravi sumentium discrimine aggredi.

Diluis (inquit) helleborum certo compescere puncto, Nescius examen: vetat hoc natura medendi.

ANGL. Bearesfoote, an herbe so called. GALL. Ellebore.

Hellên. ἡ Ἰωνία. ἡ Ἰωνία. Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Author Thucyd. belli Peloponnesiaci lib. 1.

Hellênicum, & Caricum, ἡλίωνος καὶ κερκεῖνος, loci in Memphide, à quibus Hellememphitæ & Caricomemphitæ. Steph.

Hellenismus, Græcismus.

Hellenista, ἡλίωνος. Græca lingua utens.

Hellenopóllis, ἡλίωνόπολις. Urbs Bithyniæ, post instaurationem Bithalbes dicta. Steph.

Hellêsprôntûs, ἡλίπροντος, vulgò Stretto di Galipoli. Fretum angustum inter Ægæum mare & Propontidem, septem tantum stadiorum spatium Asiam ab Europa dividens. Nomen habens ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Vide Helle.

Hellêsprônticus, ἡλίπροντικός, & Hellepontiacus, a, um, denominativa. Virg. 1. Georg.

Hellepontiaci servet tutela Priapi.

Helme stadium, Helmstadt, urbs Germaniæ, & Academia in Ducatu Brunsvicensi.

Helmingoboranum, ἡλίμζοβόρον, herbae genus, cujus usus adversus lumbricos.

Hêlôps, ἡλίψ, piscis delicatissimi saporis, quem Theodorus à Latinis accipenserem appellari putavit. Cui tamen refragator Ovidii auctoritas, qui helopem Italiæ incognitum esse scribit, referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Hêlorius, ἡλίωρος, & κερκεῖμη, à longitudine nasi, id est, rostri. Avis est cujus rostrum incurvum, longum, nigri coloris, unguis nigerrimi, pennæ fusca, variæ ac maculosæ.

Hêlôrus, ἡλίωρος. Siciliæ fluvius. Virg. 3. Æneid.

præpingue solum stagnantis Helori.

Fuit etiam hoc nomine Isthmi fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Hêlôs, ἡλίωρος. Vitium est oleæ peculiare, & quædam quasi Solis inustio, quam Latini nonnulli clavum, alii fungum, quidam etiam patellam appellant.

Hêlôs, ἡλίωρος, urbs Laconia, quæ Pteleon, & Dorion dicta, quod in palude sita sit, cujus cives ἡλιώται, Helotæ, ἡλείοι, & Eleatæ: & regio ἡλιώται. Est etiam Helos Ægypti.

Helos, locus Atticæ, vide in Echelide.

Hêlvæcæ, genus ornamentum Lydii, dictum à colore boum, qui est helvus, hoc est, inter rufum & album. Author Festus.

Hêlvæcæ, arum. Sunt olera minuta (ut inquit Festus) quoniam helus & helusa veteres dicebant, pro holus & holera. ἡλίωρος ὀρόθη, ἡλίωρος ἡλίωρος. GALL. Menues herbes. ITAL. Herbette. GERM. Schlechte kreuter. HISP. Menudas yervas. ANGL. Small colorwortes. Cic. ad Callum lib. 7. Fungos, helvelas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

Hêlvētī, ἡλίωτοι. Ptolemæo. GALL. Suisses. ITAL. Svizzeri. HISP. Tudescos. GERM. Die eydgnossen oder Schwytzer. Fortissimi Gallorum populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluvios, Juram montem, & Alpes siti: in quatuor olim pagos divisi, quorum eo tempore quo adversus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Aventinum, ut author est Tacitus. Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Helvetiorum civitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tiberii. Hodie in tredecim distincti sunt, sive civitates, sive pagos, GALL. Cantons, quorum nomina sunt, Tigurum, Berna, Lucerna, Uria, Suicia, Sylvania,

Tugium, Clarena, Basilea, Frigurbum, Solodurum, Abbatifcella, Scaphusia. Statum habent popularem, æqua viventes libertate, concordia inter se fœdere adversus vim omnem externam muniti: unde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suiciti: nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum jugum excussit.

Helvii, populi inter Celtas, monte Gebenna ab Arvernibus divisi, &c. Vide Indicem Mariliani in Cæsarem.

Hêlûo, nis, homo immoderate voracitatis, prodigus, gulæ ventrique deditus. ἡλίωρος, ἡλίωρος, ἡλίωρος. GALL. Gourmand, qui devore tout, prodigue. ITAL. Mangiatore, divoratore, ingordo. GERM. Ein frasz/ ein schlemmer. HISP. Comilon, tragador. ANGL. A glutton, a ravenous or devourer. Heluo (inquit Festus) qui immoderate bona sua consumit. Ab eluendo. Aspiratur autem ut aviditas magis exproberetur: sic enim fit vox incitator. Alii ab helus, pro quo antiqui helus dixerunt, deducunt: alii ab ἡλίωρος, ut sit idem quod Græcati. Terent. in Heaut. At ergo (si me metuis) mores cave in te esse istos sentiam. CL. Quos? c. Si scire vis, ego tibi dicam: Gerro, fraus, heluo, iners, ganeo, damnosus. Cic. per translationem heluonem librorum dixit, pro nimis avido lectore, & qui legendo satiari nequit. Heluo patriæ, per translationem, pro eo qui turpissimo seclerum genere patriam prodit, perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac devorat. Cic. pro soc. Gurges atque heluo. Idem in Pisonem, Heluo impurus. Idem 1. de lege Agrar. Heluo immanis, spurcissimus, nequissimus, pro domo sua, & post reditum in Senatu.

Hêlûârī: Luxuriari, luxuriæ & gulæ operam dare. Cur aspiretur, vide Gell. cap. 3. lib. 2. ἡλίωρος, ἡλίωρος, ἡλίωρος. GALL. Gourmander, devorer, prodiguer, dissiper tous ses biens en débauches. ITAL. Divorare, consumare. GERM. Frassen / zächen / schlemmen / proffen. HISP. Tragar, gascar. ANGL. To devour, to ravine like a glutton. Cic. pro domo sua, Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reipub. sanguinem, ad cælum tamen exlstruxit villam in Tusculano visceribus ararii? Idem pro Sextio, Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabere?

Hêlûârīo, nis, prodigalitas, voracitas, dilapidatio. ἡλίωρος, ἡλίωρος. GALL. Gourmandise, prodigalité, débauche. ITAL. Il divorare, & trangugiare. GERM. Frassevey / schlemmerey. HISP. Trago y gasti. ANGL. Gluttony, ravening. Cic. post reditum in Senatu, Cur in hostris & heluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia vitia tandiu cessavit.

Hêlûcûs, i, significat languidum & semisomnum, & hesternum vino languentem. Author Festus. Sic dicitur ab oris hiatu & oscitatione: quanquam Tertullianus in lib. de corona militis, pro ipsa petiia affectione capitis videtur usurpare, qua proclives in somnum reddimur, quam Græci κορηβαχίαι appellant. Ejus verba sunt: Liberum eundem apud Ægyptios Osirin, Harpocraton industria hederarum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab heluco deservare.

Hemifextus, sextariolus. Bud.

Heluri, ἡλίωρος, à paludibus dicti, ut meminit Dioxiippus lib. 12. Chemicorum. Varinus.

Helus & helusa, antiqui dicebant, quod nunc bolus & cholera.

Hêlûûs: Color medius inter rufum & album. ἡλίωρος, ἡλίωρος. ANGL. Horse flesh colour. Varro lib. 2. de re rustica. cap. 5. de corio boum loquens. Corium, inquit, attactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubro, tertio heluo, quarto albo.

Hêlûôlûs, a, um. ἡλίωρος. ANGL. Horse flesh colour. Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilatiorem, ut plus ex albo participet quàm ex rufo. Unde heluolæ uvæ dicuntur, quæ ejus sunt coloris. Colum. lib. 3. cap. 2. Sunt & heluolæ quas nonnulli varias vocant, neque purpureæ, neque nigra: ab heluo (ni fallor) colore vocantur.

Hêlûxīnê, es. ἡλίωρος. GALL. Paritaire, ou Parietaire, herbe. ITAL. HISP. Parietaria, vitreola. GERM. Tag vnd nacht/ ein kraut/ S. Parnu kraut/ glastkraut. Herba est mercurialis folia habens, eaque hirsuta, cauliculos subrubentes, & circa eos semina aspera vestibus adhaerentia, unde & nomen accepisse voluit. Alio nomine perdicium dicitur, quod perdices ea unice delectentur. A Romanis urceolaris appellatur, quod urceis detergendis asperitate sua in primis sit idonea. Nascitur in parietinis sepibus & maceris. Unde & Parietaria vulgo appellatur.

Helymus, & Panopes, Aestæ regis Siciliæ comites venatores fuerunt. Virg. lib. 5. Æneid.

Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus Panopésque Assueti sylvis comites senioris Aestæ.

Hem, ab ἡμῖν. ἡμῖν ἡμῖν. Interjectio corripientis seipsam, vel indignantis, vel admittantis. Servius Sulpitius Ciceroni, Epist. lib. 4. Hem nos homunculi indignamur si quis nostrum interit, aut occisus est, quorum, &c. Apul. Hem hominis audaciam. Quamvis demonstrantis est. Terent. in Andr. Hem puer, hercle puer est. Hem commiserescens. Idem in Andr. estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Is est. C. ô Mytis salve. M. salvus sis Crito. C. Itane Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. Ubi Donatus, Non nunc interrogat, sed commiseratur, & ita sequebatur, ut diceret, perit. Hem lætitiæ. Ter. Heaut. Dic convenisse, & egisse de nuptiis. M. Dicam quid deinde? C. me facturum esse omnia, Generum placere, postremo etiam si voles, Desponsam quoque esse dicit. M. hem istuc volueram. Hem demonstrantis. Plaut. Aul. se. 3. a. 2. Ostende manus. Hem tibi eccas. Idem Pseud. se. 2. a. 3. Hem illic habito. Ibidem se. 4. a. 2. Hem tibi omnem fabulam. Et Capt. se. 1. a. 4. Cedo manum. H. Hem manum (id est, ecce, sive en.) Ibidem se. 4. a. 3. Aspice ad me T. Hem. Ibidem se. 2. a. 5. Hem tibi hominem (pro ecce.) Idem Curc. se. 2. a. 1. Hem tibi anus lepida (id est, ecce, tene.) Et Pseud. se. 5. a. 1. Quam pugnam dabis? P. Hem (id est, ecce docto.) Idem Amph. Hem tibi pateram eccam. Idem Asin. se. 2. a. 2. Quid tum porrea? L. Hem ego (id est, ecce tibi dico.) Ferientis. Idem Curc. se. 2. a. 5. Hem ut scias me liberum esse. Hem tibi. Et Asin. se. 4. a. 2. Hem

Hem ergo hoc tibi. Idem *Pseud. sc. 2. n. 1.* Hem, sic datur. ¶ Item irascens. Idem *Capr. sc. 4. n. 3.* Hem rursus tibi. ¶ Idem *Aul. sc. 4. n. 5.* Hem mater mea, tibi rem potiorē videri. *Ibid. sc. 4. n. 4.* Hem quid agis. ¶ Hem, ironica interjectione. Terent. *Phorm.* Hem, si quid velis, huic mandes, quod quidem recte curatum velis. ¶ Hem, respondentis. Terent. *Adolph.* Heus Syre. S. hem quid est?

¶ Hemera, ἡμέρα, dies. ¶ Hemeresios, ἡμερησιος. GALL. *D'un jour.* ITAL. *Diurno.* GERM. *Ein tag.* HISP. *Cosa de un dia.* ANGL. *Of a day.* ¶ Adjectivum significans idem quod diurnus: unde tabella quæ uno die picta est à Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine vocata est, cujus meminit Plin. *lib. 35. cap. 11.* Absolvit uno die, inquit, tabellam, quæ vocata est Hemeresios, puero picta.

Hemēris, ἡμέρις. Genus est arboris glandem ferentis, teste Theophrasto, trunco neque erecto, neque lævi, neque excelso, sed caudice in orbem comoso, contorto, sinuosoque, ramorum alis multis, concavo, glande maxima, & post fagum dulcissima. Meminit hujus arboris & Plin. *lib. 16. cap. 6.* Theodorus Græci vocabuli vim exprimens, Placidam vertit.

¶ Hemero, ἡμεραξ. Gloss. lege Hemeroæctus, ἡμεροεξος, id est, fur nocturnus, qui interdiu dormit. ¶

Hemērobilus, ἡμεροβίος. Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluvium, ultra diem unum non vivens. Plin. *lib. 11. cap. 26.* Hypanis fluvius in Ponto, circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit voluere quadrupes supra dicto modo, nec ultra diem vivit: unde Hemerobion vocatur. ¶ Hemerobii præterea dicuntur homines in diem viventes, quibus crastini nulla est cura, qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus, qui præcipue idcirco hoc nomine fuit appellatus.

Hemērocāllis, ἡμεροκαλλίς. Dioscor. herba est folio & caule lilii similima, herbacei coloris, ut portum, flores habens ternos, quaternosve, in singulis scapis erumpentes, lilii modo striatos: qui quum dehiscere cœperunt, in colorem vehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quod uno tantum die pulchritudinem suam tueatur. Meminit hujus herbe & Plin. *lib. 21. cap. 21.*

Hemērodromi, ἡμεροδρομοί. GALL. *Courriers, postes.* ITAL. *Corrieri.* GERM. *Schnelle lauffer/so ein tag weit lauffen/posten.* HISP. *Corres d corretores.* ANGL. *Runners, postes.* ¶ Dicuntur cursores, qui die uno ingeas spatium cursu emetiuntur. Liv. *lib. 31.* Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die uno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas pervenisset. Inter hujusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri Magni cursor.

Hemeroscopium, ἡμεροσκοπίον, urbs Celtiberorum, Phocensium colonia. Steph.

¶ Hemi, ἡμι, vocula, sed extra compositionem sic non est usitata. ¶

Hemiterāscē, ἡμιτερανική. ANGL. *Sik of the megrim.* ¶ Sunt qui dimidia parte capitis laborant, qui morbus Græco nomine ἡμιτερανική, sive ἡμικεφαλή appellatur: quemadmodum cephalæa, quo totum caput infestatur. Gignitur uterque à sonitu clamorēque vehementiore, aut etiam ab immodico splendore, vel odore, aliisve hujusmodi pravaldis objectis sensum lædentibus.

Hemicyclūs, ἡμικύκλιος. GALL. *Demy cercle.* ITAL. *Mezzo circhio.* GERM. *Ein halber umbkreis/oder circel.* HISP. *La mitad del circulo.* ANGL. *Half a circle.* ¶ Latine semicirculus. Quæ voce Mathematici frequenter utuntur. Accipitur etiam pro cathedra semicirculari facta in medii circuli formam. Cicet. *in Laliō.* Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hemicynes, ἡμικύνες, quasi semicanes, Populi non procul à Massagetis, & Hyperboreis, quos Apollonius in *Argonauticis* canum instar latrate scribit. Steph.

¶ Hemimeris, ἡμιμερίς, id est, semipes in versu. ¶

Hēmīnā, ἡμίννα, κρηάλη. Genus est mensuræ, dimidium continens sextarii: à Græco ἡμιν, quod dimidium significat. Gell. *lib. 3. cap. 13.* Si ex sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fufum dicendum est. Plaut. *in Milit.* Neque equidem heminas octo expropti in urceam. Senec. *cap. 14. de tranquill.* Habes, inquit, cur tibi placeas: hemina sanguinis est in tua potestate.

Hēmīnāriūs, quod heminae mensuram habet. κρηάληος, per translationem accipitur pro exiguo. Quint. *lib. 6. cap. 5.* Fabius Maximus incensans Augusti congiariorum quæ amicis dabatur exiguitatem, heminaria esse dixit, id est, tenuia & exigua.

Hēmīōllōn, ἡμιόλιον. Navigii genus, quod à puppi ad malum usque binis remis, à malo ad proram unico tantum agitatur: cujusmodi sunt, inquit Baysius, quas hodie *Fustas* vocamus.

Hēmīōllūs, ἡμιόλυς. Quædam arithmetica proportio, continens aliquem totum numerum, atque ejus dimidium: ut se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gell. *lib. 18. cap. 14.*

Hēmīōnūm, sive hemionitis, ἡμιόνιον, ἢ ἡμιονίτης. Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus coherens multis, iisque tenuibus, nunquam flores, neque semen, neque caulem gignens, in petrosi locis nascens, austero sapore. Alio nomine splenium, σπληνίον, dicitur. Herbariorum plerique *Linguam cervinam* appellant. Officinæ etiam *scolorpendriam*. Omnino tamen alia est à scolopendrio Dioscoridis.

¶ Hemiorpus, ἡμιόρπι, ἡμιόρπι, hemiorpæ tibix, sunt minores iis, quas perfectas dicunt pueriles. ¶

Hēmīpēxīā, ἡμιπληξία. Paralysis, semiapoplexia, quum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hēmīsp̄erīum: Dimidia sphaera, cæli dimidium, quod semper nobis apparet. ἡμισφαιριον. GALL. *Vne demy sphere.* ITAL. *Mezza sfera.* GERM. *Ein halbeugel.* HISP. *La mitad de la esfera.* ANGL. *Half a sphere, or half heaven.* ¶ Varro *de re rust. lib. 3. cap. 5.* Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus, ita circumveniunt ad hemisphaerium ac moventur, ut indicent quot sint horæ.

Hēmīstīchium, versus dimidiatus. ἡμιστίχιον. GALL. *Demy vers.* ITAL. *Mezzo verso.* GERM. *Ein halber vers.* HISP. *La mitad del verso.*

ANGL. *Half a verse.* ¶ quasi ἡμιστίχιον, cujusmodi apud Virgilium aliquot leguntur imperfecta.

¶ Hemitogium, dimidium togæ, ex Græco *hemi*, & Latino *toga*.

Hemitonium, ἡμιτόνιον, dimidius tonus. ¶ Hēmītrītiāūs, ἡμιτρίτιος, semitertiana febris, sic dicta quod parte aliqua tertianam repræsentet, tertio die, ut illa repetens; non tamen ut illa diem unum perstat integrum, sed inter horas xxxvi. plus, vel minus porrigitur. Mart. *lib. 12.*

¶ Cui gravis & fervens hemitritius erat. Morbi ejus naturam & differentias videto apud Galenum *lib. 2. de different. feb. c. 8. & 10.*

Hemodes, Insulæ 7. in Oceano Germanico. Hæmodes per æ, mons est Licix.

Hemosus, odium. Fortè *Heinosus*, odiosus. Vide an inde Gallicum *Haineux*.

Hemus, seu potius Hæmus, ἄμμος, mons in Thracia excelitate conspicuus, ex cujus vertice vulgata olim opinio fuit, Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem & Alpes conspici posse: nam excelitate sua sex millia passuum continet. Dicitur Hæmus, à nomine regis Hæmi, à cujus sorte alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabular canunt. Ovid. *lib. 6. Metamorph.*

¶ Threiciam Rhodopen habet angulus unius, & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia pectora quondam.

¶ Alii dictum volunt Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orythiæ filio. Vide *Hamus*. ¶ Est & Hæmus nomen Græculi histrionis, cujus meminit Juven. *Satyr. 6.*

¶ Dicat hac mollius Hamo, Quamquam & Carphoro, facies tua computat annos.

Hendecasyllabus, ἡνδεκάσλλαβος, versus undecim syllabarum: qui & Phaleucius dicitur ab inventore: qualis ille Catullinus, ¶

¶ Passer delicia mea puella.

Hendiadys, si recentioribus Grammaticis credimus, figura est, quæ unum in duo dividitur: ut apud Virg. *1. Æneid.*

¶ Molémque & montes insuper altos imposuit, id est, moles altorum montium. Sic alibi,

¶ pateris libanus & auro: id est, pateris aureis

Meminit hujus figuræ Serv. *in 1. lib. Æneid.* Ubi tamen in exemplaribus manuscriptorum non hendiadyn legimus, sed *ἢ ἀδ' δ' αὖτ' ἢ*, hoc est, unum per duo: cui figuræ contraria legitur apud Donat. *in And. Terentij*, quam appellat *δ' οὐ δ' ἰσός*, id est, duo per unum.

Heneti *ἡνετι*, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore dace, quum in intimum maris Adriatici sinum venissent, petmisti Troianis, omnes uno nomine Heneti appellati sunt. Liv. *lib. 1. ab Vrbe*, Casibus deinde variis constat Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione è Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisque, qui inter mare, Alpesque incolebant, pulsos, Henetos, Troianosque eas tenuisse terras: & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur, pagoque inde Troiano nomen: gens universa Heneti, & postea Veneti appellati, aspiratione in V, consonantem immutata.

Heniuchi, *ἡνευχι*. Populi Pontici, Achæis finitimi, latrocinis ac piratica victitantes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphitro & Telchio Castoris & Pollucis aurigis, teste Plin. *lib. 6. cap. 5.* Nam *ἡνευχι* Græci aurigas vocant: quasi *τὰ ἡνευχι ἔχοντες*. Vide plura de his apud Strab. *lib. 11.*

¶ Henotes, unitas. Tertull.

Henoticum, ἡνευχίον, edictum de unione Ecclesiarum. Vide Gloss. g. b. Meursii. ¶

HĒP AR, atis. Primum est sanguinis generandi instrumentum, venarumque omnium principium: quod Latine jecur appellatur. ἡπαρ *chabedh*. ἡπαρ. GALL. *Le foye.* ITAL. *Fegato.* GERM. *Die läber.* HISP. *El higado.* ANGL. *The liver.* ¶ Est item hepar nomen piscis ex genere locustarum, cujus meminit Plin. *lib. 32. cap. 11.* Hepar etiam inter marina ejestamenta hepatis costilobum referens, tubrum, porosum, fragile, putidum, quod per mare vagatur, in fundoque cum algis implicitum sæpe piscatorum retibus ac sagenis extrahitur. Est & aliud hepatis longè diversum genus sanguine præditum, de quo Bellon. *in lib. de piscatoribus.*

HĒP ARĪŪS, a, um: Ad hepar pertinens. ἡπαρικός. GALL. *Appartenant au foye.* ITAL. *Cio che a fegato s'appartiene.* GERM. *Das zu der läber gehört.* HISP. *Cosa pertenece à higado.* ANGL. *That belongeth or the liver.* ¶ Ut, Morbus hepaticus. Plaut. *in Curcul.* Tum te igitur morbus agit hepaticus.

HĒP ARĪCĪS, a, um, ἡπαρικός, quod ad hepar pertinet. A Celso *lib. 4. cap. 9.* hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepaticus.

HĒP ARĪCĪ, ἡπαρικός. GAL. *Hepaticus.* ITAL. *Fegatosi.* GERM. *Läberfisch.* HISP. *Higadosos.* ANGL. *That hath a disease in the liver.* ¶ Qui ex hepate laborant: & proprie ii quibus imbecillum est jecur, sine tumore tamen & dolore. Plin. *lib. 26. cap. 6.* Datur hepaticis in farre cocta.

Hepatices, ἡπαρτίτης. Gemma est quæ à jecoris figura nomen sortita est. Plin. *lib. 37. cap. 11.*

Hepatorium, ἡπατώριον. A quibusdam vocatur Eupatorium herba, eo quod jecori affecto auxilietur. Author Dioscorides *lib. 8.* Quamquam non defunt qui hanc nomenclaturam inter eas rejiciendam putent, quæ à doctioribus inter authoris ejus notha merito annumerantur.

Hepatitis, ἡπατίτης. Vena ampla, ex cava sive sima hepatis parte emergens, omnes mesaræi venas excipiens. Vulgus *Hepatis portas* appellat.

Hepatizon, ἡπατίζον. Æris temperamentum, jecinoris colorem referens, magno olim in pretio habitum. Plin. *lib. 54. cap. 2.* Præter hæc est, cujus ratio non potest reddi, quamquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum simulachro significque, illud suo colore pretiosum ad jecinoris imaginem vergens, quod ideo hepatizon appellant, procul à Corinthio, longè tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinere principatum.

¶ Hepato

Heupatorium, vide Eupatorium.

Hephæstias, dis, Ἡφαιστίας. Urbs Lemni insulæ, in Orientali tractu sita, nonnihil tamen distans à mari. Ita dicta à Vulcano, quem Græci Ἡφαιστῖον appellant, cujus in hac urbe insigne olim fuit templum, quod Ἡφαιστῖον etiam vocabant. Juxta hanc quoque urbem collis ostenditur, Vulcani (ut credi volunt) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Junone ob insignem deformitatem è cælo præcipitatum, in collem illum decidisse. Cujus fabulæ occasio inde sumpta est, quod totus hic collis combusto simillimus videatur, neque planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Urbis hujus meminit Ptolemæus Geographia sua lib. 3. & Galen, lib. 9. simplic. medicament.

Hephæstion, is, Ἡφαιστίων. Unus ex Alexandri Magni ducibus mitum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratæro conferebat, ut hunc quidem Φιλοβασιλίας, Hephæstionem verò Φιλαλίξαστρον appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita functum tanta funeris magnificentia prosequutus est, ut facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Fertur siquidem in funus hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide Qu. Curt. & Plut. in vita Alexandri.

Hephæstion, locus Lyciæ mirabilis. Senec. epist. 80.

Hephæstites, Ἡφαιστίτις. Gemma est rutili coloris, naturam speculi habens in reddendis imaginibus: dicta δῶτι Ἡφαιστῖον, hoc est, à Vulcano, sive quod ignei sit coloris, sive quod materiam aridam in Sole accendat. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hephæstus, id est, Vulcani insulæ, regioni Adiabeniæ adnumerantur, Steph.

Hephæstus, Ἡφαιστῖος. Proprium vitæ, & nomen Vulcani.

Hēplālus, Ἡπιάλλος. GALL. Vn papillon. ITAL. Farfalla. GERM. Ein muck, oder pfeiffholter so umb die lichter stiegen. HISP. Mariposa. ANGL. A flie which flieth in the flammes of the candell. } Papilio qui in lucernarum luminibus advolat. Epialus autem spiritu tenui, genus est febris: de quo vide supra suo loco.

Hērūm, Ἡρών, urbs Thryphilliæ (Steph.) ab Elcis acquisita.

Hēpsēmā, Ἡψέμα. Mustum ad tertiam partem decoctum, quod & sapam appellant. Plin. lib. 14. cap. 9.

Hepta, ἑπτὰ, septem numeri pluralis, generis omnis. }

Hēptācōmētæ, Ἡπτάκομηται. Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti à septem vicis, quos inhabitant. Author Strab. lib. 12.

Heptachordus, septem chordas habens. }

Hērtaḡōniā, Ἡρτάγωνία. Nomen loci apud Liv. lib. 34. quod roboris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una à Phœbeo, altera à Dictynæo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi jubet.

Hēptāphōnōs, Ἡπτάφωνος, substantivum, ἑπτάφωνος, porticus est Olympiæ, ea arte confecta, ut eadem vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36. cap. 15. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon vocant, quoniam septies vox redditur.

Hēptāpleūrōs, Ἡπτάπλευρος: Plantaginis species est, foliis septem laterum modo inclusa: unde & nomen habet. Author Plin. lib. 23. cap. 8.

Hēptāpōrūs, Ἡπτάπορος. Rhesi Troadis fluvii epitheton est apud Homerum lib. 12. Iliad. à natura ejus fluvii tractum, quod septies eadem via vasō trajici posset. Vide Strab. lib. 13.

Hēptāpylos, Ἡπτάπυλος. Thebarum Bœoticarum epitheton, à septem portarum numero dictum: idque ad discrimen Thebarum Ægyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑξατάπυλοι dicebantur.

Heptateuchus, Ἡπτάτευχος, septem τεύχη habens, id est, volumina.

Heptapharmacum, Ἡπτάφαρμακον, medicamentum laxans, suppurans, carnemque gignens.

Heptaphyllum, Ἡπτάφυλλον, herba dicta à septem φύλλοις, id est, foliis: bis torta.

Heptapleurum, Ἡπτάπλευρον, plantago.

Heptapylus, Ἡπτάπυλος, septem πύλαις, i.e. portas habens.

Heptazonus, a, um, Ἡπτάζωνος, septem zonas habens. }

Hēphthēmimēris, Ἡφθήμερις. Est casuræ genus, quam post tres pedes superest syllaba terminans partem orationis: quæ interdum etiam si naturā brevis sit, licentiā tamen poëticā invenitur producta. Virg. 3. Æneid.

Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto Imperat ad naves ferri.

Idem 12. Æneid.

Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.

Componitur autem hephthemimeris ab ἑπτὰ septem, ἥμισυ semis, & μέγας divisio, vel pars, quasi dicas septimam dimidiam divisionem, vel dimidium septem pedum.

Hēptērēs, Ἡπτήρης. GALL. Vn navire ayant sept tireurs ou rameurs en chasque banc. ITAL. Nave de sette rami per banco. GERM. Schiff so an einer yetlichen ordnung siben tuder haben. HISP. Nave de siete ordenes. ANGL. A shippe with seven rank of rollers. } Navis est septem habens remorum ordines. Liv. 37. Regia classis septem & triginta majoris formæ navium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant: & ii adesse hostes ex specula quadam cognovêre. Ibid. Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia navi uno ictu demersa.

Hērā, Ἥρα, Junonis nomen apud Græcos. Unde Heræa, Ἡραία, ipsius festa: & Heræum, Ἡραϊον, templum ejus appellant. Sed in hac significatione producitur penultimam, quum apud Græcos scribatur per η vocalem longam. Unde Ἡρακλῆος Ἥρα, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Hērā, vide Herus.

Hērāclēā, Ἡρακλεία. Multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maximè insignis fuit ea quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, juxta Mariandinos: à qua Dionysius philosophus, Zenonis discipulus, Heracleotes à Cicero, in Tusce, appellatus est. } He-

raclæa item magnæ Græciæ civitas, in finibus Italiæ, inter Sirin & Acirin amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Fuit præterea aliud ejusdem nominis oppidum, ultra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam Sogdianamque irrigat, ab Alexandro Magno primum conditum: quod deinde eversum Antiochus restituit, & Achaida appellavit, ut refert idem Plin. lib. 6. cap. 16. } Est & Heraclea in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. } Item alia in Scilia, medio ferè spatio sita inter Lilybæum, & Pachinum promontoria: cujus meminit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Sicilia. } Est & Heraclea Cretæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. } Item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. lib. 3. cap. 4. } Fuerunt & aliquot alia ejusdem nominis oppida, quæ commemorantur à Steph.

Hērāclēōtēs, sive Heracleota, Ἡρακλειώτης, Gentile ab Heraclea urbe ductum nomen. Cic. 2. Tusce. quæst.

Hērāclēōtīcūs, a, um, Ἡρακλειώτης, denominativum, ut Heracleoticus cancri, apud Plin. lib. 9. cap. 31. Heracleoticum origanum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heracleoticum ostium Nili, quod alio nomine Nancraticon appellatur, apud eundem lib. 5. cap. 10. Heracleotica nux, quæ est avellana. Vide in dictione Juglans.

Hērāclēōbūcōlī, Ἡρακλειοβουκόλι, vicus σιωαίικα, in Ægypto.

Hērāclēon, nis, Ἡρακλείων, Grammaticus Ægyptius, qui scripsit commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poëtas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Hērāclēōpōlīs, Ἡρακλειόπολις Stephano. Oppidum est in insula quadam Nili, longa l. m. pass. quod à Plin. lib. 5. cap. 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopitis præfectura, apud eundem Plin. loco jam citato. Stephanus duo alia enumerat ejusdem nominis oppida, quorum alterum juxta Pelusium, alterum juxta Canopicum Nili ostia collocat. Est & alia in Ægypto civitas, ex qua fuit Theophanes Physicus. Vide & infra.

Hērāclēon, sive Heracleon, Ἡρακλείων. Panacis species est, ab Hercule inventa, quam alii origanum Heracleoticum sylvestre dicunt: quoniam est origano simile, ut testatur Plin. lib. 25. cap. 4. Est & alia herba Heracleon siderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, juxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata efficacissimè sanans. Author Plin. lib. 25. cap. 5.

Hērāclēōpōlīs, Ἡρακλειόπολις. Nomen trium urbium. Una est in Ægypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longè à Pelusio tertia secundum Nili ostium, quod Canopicum appellatur.

Hērāclīdēs, Ἡρακλείδης. Insignis Philosophus fuit ex Heraclea Ponticivitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli ut pro Pontico Pompicus diceretur. Author Lærtius. Reliquit ingenii sui monumenta non pauca, quæ non exstant. Hujus meminit & Cicero. 5. Tusce. } Fuit præterea hoc nomine Lycius quidam Sophista non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Severi principatu se Romam contulit: coram quo ex tempore discursus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Solus philosopharum ad hanc artem industria & labore, natura minimè juvante contendit. Hæc ex Philostrato. Heracledes alius fuit è Mopso, civitate Siciliæ, Grammaticus nobilis, ut scribit Stephanus. } Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio naves pinxit: caproque Perseo à Paulo Æmilio Athenas commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. } Fecerunt & multi alii Heraclicæ ingenio & doctrina insignes.

Hērāclītūs, Ἡρακλείτης. Nomen proprium Philosophi Ephesii, qui ut tradit Suidas, nullum invenitur habuisse præceptorum: tantum natura & diligentia sola profecit. Quidam tamen audivisse Xenotem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii. Scripsit poëticè multa quæ ab Aristotele sæpe pro testimonio citantur. De hoc sic scribit Cic. lib. 4. Tusce. quæst. Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, Universos ut Ephesios esse multandos, quod guum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis unus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hæc ille. Hunc, aiunt, cum hydropticus esset, spreto medicis, oblitum bubulo sevo soli sicandum se præbuisse, dormientemque à canibus dilaceratum esse, Suidas. Hæc quoties domo egrediebatur, flebat; sicut Democritus ridebat: quod alteri omnia quæ agimus, digna fletu: alteri inepta viderentur. Horum meminit Cicero. lib. 4. Acad. Cognominatus est σκοτεινός, quasi tenebrosus. De industria enim adeò obscurabat stylum, ut ejus volumina philosophi sudantes vix intelligant. Hujus dictionis penultima syllaba perpetam corripitur, quum scribatur per α diphthongum. Lucret. lib. 1.

Heraclitus inquit quorum dux agmina primus.

Fuerunt alii quatuor Heraceliti: primus, poëta Lyricus: secundus, Halicarnassæus, summæ elegantix: tertius Lesbios, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Hērāclītūs, lapis, sive Heracleus. } Ἡρακλεία λίθος, καὶ μαγνήτης Suida. GALL. Aimant, ou pierre de touche. ITAL. Calamita, pietra da provar l'oro. GERM. Ein magnet, oder ein goldstein, probierstein. HISP. Piedra iman, o el toque de oro. ANGL. The lodestone that hath propriety to drovo yron to it. } Lapis occulta quadam naturæ vi ferrum ad se trahens, qui & magnes dicitur. Plin. lib. 36. cap. 36. Quid fieri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores. Trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane nescio quid currit: ut propius venit, tenetur, assistitque, & complexu hæret: Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracilion. Hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quod primum inventus sit circa heracleam Magnesiæ civitatem. Meminit hujus lapidis & Galenus lib. 9. simplic. Est & ad quem auri bonitatem exploramus, quem & Lydium, & Coticulam appellamus. Plin. cap. 33. cap. 8. Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo (ut auctor est Theophr.) nunc verò passim: quem alii heracilium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binatque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena lund rapuerint

cherrimus taurus ab eodem deo fuisset oblatum, ipsum Minos servare voluisset) insulam Cretam ferè totam devastantem domuit, eumque vincitum ad Eurytheum attulit: qui postea cum Atticæ regionem immisit, cui plurimum damni intulit: sed à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, ut canit Ovid. *lib. Metam. 7. x.* Acheloum superavit, ut supra dictum est. *xi.* Busiridem Ægypti regem hospites suos mactantem occidit. *xii.* Antæum giganteum in Libya iustâ victum suffocavit. *xiii.* Calpen & Abylam montes antea conjunctos divisit. *xiv.* Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto prius dracone pervigili, qui ea custodiebat, sustulit. *xv.* Cælum, jam fesso & succumbente ponderi Atlante, humeris tulit. *xvi.* Geryonem Hispaniæ regem tricorporum bello superavit, eumque armenta abduxit. *xvii.* Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammivomum oppressit. *xviii.* Lacinum latronem, extremam Italiæ oram infestantem sustulit, ibique Junoni templum constituit, quod Junonis Laciniae appellavit. *xix.* Albionem & Bergionem iter ipsius impediens, haud longè ab ostio Rhodani, à Iove patre lapidum imbre adjutus devicit. *xx.* Pyrechmum Euboiæ regem Bæotii bellum inferentem profligavit, eumque pullis equinis alligatum in diversas partes discerpit. *xxi.* Centauros domuit. *xxii.* Augiæ stabulum expurgavit, vide supra. *xxiii.* Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositam liberavit, occiso prius cæto. Sed cum Laomedon equos præstantissimos in præmium isti pollicitus denegaret, Hercules indignatus, Troiam everit: & occiso rege, Hesionem Telamoni, qui primus murum conscenderat, in prædâ partem concessit. *xxiv.* Diripuit insulam Cón, regemque Eurypilum cum uxore & liberis trucidavit. Vide supra in dictione Cón. *xxv.* Amazones debellavit, earumque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abstulit, Eurytheoque regi tradidit: captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. *xxvi.* Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vincitum ad superiores traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adjuvasse Theseum in rapienda Proserpina. Alii solum Theseum eam eduxisse ad superiores, Ditemque vulnerasse. *xxvii.* Alcestim Admeti regis conjugem ab inferis ad virum reduxit. *xxviii.* Ab inferis reversus, Lycum Thebarum regem, eo quod Megaræ conjugem vim voluisset inferre, interemit. *xxix.* Aquilam quæ Promethei in Caucaaso religati perpetuò renascens jecur exedebat, sagittis trajecit. *xxx.* Cygnum Martis filium equestri certamine vicit. *xxxi.* Occidit Theodomantem, quod ei cibum denegasset: illiusque filium Hylam sibi charissimum secum abduxit. *xxxii.* Cecropas vicit, dum Omphalæ Lydorum reginæ serviret. *xxxiii.* Pylum diripuit, ejusque regem, & Nelicum cum tota domo, præter Nestorem trucidavit: insuper Junonem Meleopem ferentem telotrisulco vulneravit. *xxxiv.* Eurythum Oechaliæ regem occidit, ipsamque Oechaliam urbem delevit, & Iolem Eurythi filiam sibi in uxorem denegatam (quam tamen parens antea ei desponderat) vi obtinuit, eamque secum in Eubœam abduxit. Quod quum Dejanira conjux rescivisset, maritum suum Ioles amore detineri, per Lycham servum vestem illi misit Nesti Centauri sanguine infectam, futurum rata, ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avulsam, ad se unam revocaret, quem admodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaque Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, ut constructa pyra se ipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis volet, inde petat. ¶ Hercules cothurnos aptare infanti, à Quintiliano *lib. 6. de perorat.* dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, de minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Herculi, Εἰρήνη τῷ Ἡρακλεῖ, subaudi calumniam struxeris. De his dici consuevit, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat, aut audeat calumniari. Convenit aut in vehementer laudatum probatumque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitatur, Ἡρακλῆς ἐπιεῖται. Dicitur ubi quis diutius in convivio commorari videretur: propterea quod qui recepissent Herculem hospitio conviviòque, his multum temporis erat opperendum, donec ille satur esset. ¶ Dives amico Hercule. Horat. *2. Serm. Satyr. 6.* Ideo quia thesauris præest. Ideo quia thesauris præest. Et sunt qui eundem Incubonem quoque esse velint. Unde putant & quod res rustica in tutela ejus sit: nam illi sacrificia reddunt rustici, quum juvencos domuerint. Præterea etiam traditur fabulâ, fuisse quendam mercenarium, qui semper Herculem deprecatus sit, ut sibi boni aliquid præstaret: quem Hercules ad Mercurium duxit, & obseratum thesaurum fecit ostendi: quo effosso, ille eundem agrum, in quo operam mercenariam faciebat, comparavit, & labori solito operam dedit. Sicque probavit mercenarius quod Deus prædixerat Herculi, nulla re ullum posse beatum vivere, quum in eadem opera etiam post inventionem thesauri perseveraverit. Persius *Satyr. 2.*

— b si

Sub vastro crepet argenti mihi serua dextro
Hercule: pupillamve utinam quem proximus hares
Impello, expungam.

Quia Deus lucri & thesauri dicitur. Hactenus Porphyrio.

Herculis portus, Ἡρακλῆος λιμὴν, vulgò Portohercule. Oppidum est in ora Ligustica, cum portu, apud Ptolemaum *lib. 3. cap. 1.* & apud Plin. *lib. 3. cap. 5.* ¶ Est & Hercules portus in litore Brutio, non procul à Metauro fluvio: cujus meminit Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Herculeus, a, um: quanquam Græcè Ἡρακλεῖος, cum ei diphthongo in penult. efferatur. Est autem propriè nomen possessivum, significans id quod ad Herculem pertinet: ut, Clava Herculea, Labor Herculeus. Horat. *lib. 1. Carm. Od. 3.*

— Perrupit Archeronta Hercules labor:

id est, labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, Ἡρακλῆος πόνοις, partim proverbiali hyperbole pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus, quique vires desiderant Herculeas, quemadmodum usurpavit Catull.

Sed te, inquit, quarere, iam Herculi labor sit.

Item Propert.

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis.

Item Herculei labores dicuntur, qui sunt ejusmodi, ut aliis quidem maximas adferant commoditates, ceterum auctori suo nihil ferunt fructus adducant, præter aliquantum famæ, plurimum invidia. ¶ Hercules nodus, Ἡρακλεῖος ὄμω, proverbii item speciem habet pro nodo indissolubili. ¶ Hercules morbus, Ἡρακλεῖος νόσος, dicitur, quem comitalem alio nomine vocamus, quod Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Herculee, Ἡρακλεῖος, pro fortiter dicit Cic. *lib. 8. ad Attic.* Nunc feretiam herculee: sed Mehercule est legendum. Senec. *epist. 88.* Herculeanus nodus.

Herculanus, a, um: Nomen possessivum, Ἡρακλεῖος. Gell. *lib. 1. cap. 1.* Comprehensa, inquit, mensura Herculanæ pedis secundum debent membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Herculanæ formicæ. Plin. *lib. 30. cap. 34.* Herculanæ urtica genus, obdorem fundens. Plin. *lib. 21. cap. 15.* Herculanæ lecti, Ἡρακλεῖος κλῆμα, dicebantur molles ac delicati. Athen. *lib. 12.* ¶ Herculanæ pars, quam Plautus dicit in *Trucul. 3. 7.* est pars decima. Herculanus morbus, comitialis. Herculanus nodus, qui in congressu serpentum spectatur, ex matris magnæ (quæ & Rhea dicta) mysteriis celebris, & sacre est habitus. ¶ ¶ Herculanæ sacrificio abstinent mulieres. Gell. *cap. 6. lib. 11.*

Herculeum, Ἡρακλεῖος. Promontorium est, non longè à Leucopetra distitum. Author Strabo *lib. 16.*

Hercynia sylvæ, Ἡρκενία Straboni. Vulgò in nonnullis locis vocatur Schwartzwald, in nonnullis nominis antiqui vestigium retinet, Schwaldt. Est omnium Germaniæ sylvarum longè maxima, quam Cæsar *lib. 6. comment.* describit his verbis: Hujus Hercyniæ sylvæ, quæ supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neque mensuras iterum noverunt. Oriens ab Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus, rectèaque terminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistriorius diversis à flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium ejus sylvæ dicat, quum dierum iter xl. processerit, aut quo loco oritur acceperit. Plura de Hercynia sylvæ vide eodem loco apud Cæsarum.

Hercibus, Ἡρκεῖος, profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione Erebus.

¶ Herefordia, Hereforde: V. E. Angliæ trans Sabinam, in confinio Wallensium, sub A. Cantuariensium. ¶

Hereditas, antiquitas.

Hērī, olim hērī: quod à ἡρῆς, ἡρῆσι, id est, hesternò die. { ἡρῆς ἔθμολ. ἡρῆς, ἡρῆσι. GALL. Hier. ITAL. Hier. GERM. Gestern. Hist. Ayer. ANGL. Yesterday. } Cicero *ad Attic.* Lepidus ad me hērī vespere literas misit Antio. ¶ Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i, & e: ut vespere & vesperi. Terent. in *Eunuch.* Inherestum hominem quem mercatus est herē? Plaut. *Amph.* Herē venisti media nocte, nunc abis. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Herē quos emi de præda (i. heri.) Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Here antè dixeram omentum. Idem *Cure. sc. 2. a. 1.* Caruine febris te herē, vel nudius tertius. ¶ Heri & nudius tertius, ἡρῆς, ἡρῆσι. Proverbialis hyperbole tempus admodum nuper actum significans. Plutarch. & Plato. ¶ Heri servus, hodie liber, speciem proverbii habet in eo liberto, qui adversus patronum insolentius sese gerit. Ulp. *lib. 7. de injur.* Non enim ferre prætor debet heri servum, hodie liberum conquerentem, quod dominus ei convitium dixerit, vel quod leviter pullaverit. Horomano.

Hēsternus, a, um. { ἡρῆς, ἡρῆσι. GALL. D' hier. ITAL. De hier. GERM. Gestern. HISP. Cosa de ayer. ANGL. Of yesterday. } Accut à Cras, crastinus: sic Dies hesternus, nox hesternæ. Ovid. *Epist. 18.*

Est mare (consteor) nondum tractabile nanti:

Nocte sed hesternæ lenior aura fuit.

¶ Accipitur nonnunquam pro Pridianus. Terent. in *Eunuch.* Quo pacto ex jure hesternò panem atrum vorent.

Heribanus, vox est sacrorum canonum, quæ significantur mulierum.

¶ Heribergium, hospitium paratum. Cod. ll. antiq. ¶

Hērīciūs, ii. Animal est spinis horridum, sese, dum metuit, in globum convolvens. { ἡρῆς, ἡρῆσι. GALL. Un herisson. ITAL. Riccio. GERM. Ein igel. HISP. El erizo. ANGL. An hedgehog, an irchin. } Aliis nominibus Herinacius, & echinus terrestris dicitur. In septibus dumosis & vineis per Autumnum præcipuè versatur. Conditus in arboribus hyeme, & cibis per æstatem paratis vescitur. Ubi ferit venatores, contractis ore & pedibus convolvitur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. Sunt è genere eorum majores histrices, quibus longiores aculei, de quibus infra.

Hērīfūgā, Herilis, vide Herus.

Herinaccus, echinus terrestris, melius dictus, quàm herinacius, & hericius. { ἡρῆς, ἡρῆσι. ANGL. A hedgehog or irchin. } Plin. *lib. 8. cap. 37.* præparat hyemi herinacii cibos. Vide supra in dictione Hericium.

Hērillūs, Ἡρακλεῖος. Chalcedonius Philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit ejus Cic. *lib. 2. Acad. 2. de finibus.*

¶ Heristalli, locus castrorum. Cod. ll. antiq. ¶

Hērmas, Ἡρακλεῖος. Statuæ erant, sive signa, & præcipuè trunci, quorum capita permutati poterant: hujusmodi Athenis plurimi erant, Mercurii imaginem referentes, à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur Ἡρμῆς. Cicer. *ad Attic. lib. 1.* Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, cum admodum me delectant. Probus Æmilius in Alcibiado, Id quum appareret,

appareret, priusquam classis exiret, accidit ut ita nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deicerentur, præter unum qui ante janua erat. Suidas dicit Hermas, statuas dictas, quod plurimum Mercurii statuas delinearentur. Unde videtur profectum esse vulgatum illud proverbium: Non ex quovis ligno fit Mercurius. Solebant autem Hermæ præcipue circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. Solebant præterea Romani, Mercurii, ac Minervæ statuas conjungere in gymnasiis, dicaræque; quas Hermathenas Cicero nominat *lib. 1. ad Attic. epist. 2.* Quod ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerva, singulare est insigne ejus gymnasii.

[Hermula: diminutivum ex Herma, id est, statua Mercurii, sigillario-lum.]

Hermæa, *ἑρμαία*, Promontorium Africae proprie dictæ, apud Ptolem. *lib. 4. cap. 4.*

Herilitium, pœna desertæ, sive detrectatæ militiæ.

Hermathênâ, *ἑρμαθῆνᾱ*. Mercurii ac Minervæ statua conjuncta, vide *Herma.*

Hermagoras, *ἑρμαγόρας*, Carion cognominatus, rhetor egregius ex Tempore Æolidis civitate. Scripsit autem Rhetoricam libris sex, de cultu Oratoris, de decore, de eloquutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Author Suidas. Hermagoras philosophus & orator, apud Cic. *de clar. Orat.*

Hermanduri, sive Herimunduri, Germaniæ populi, Cheruscis finitimi, eo tractu quem hodie Misniam vocant. Meminit horum Plin. *lib. 4. cap. 41.*

[Hermannopolis, aliàs Gibinium, *Hermanstatt*. V. E. Transilvania.]

Hermaphroditus, *ἑρμαφρόδιτος*. Mercurii & Veneris filius, ut ex ipsa statui vocis compositione apparet. Nam Mercurius, *ἑρμῆς*: Venus *ἀφροδίτη* à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis nympha incolebat, pervenisset, illa subito ejus amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quum neque blanditiis, neque precibus ad concubium flecti posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem nympham abiisse ratus, fontem nudus intravit, quod videns Salmacis, subito accurrit, & abiectis vestibus arctissime eum complexa est. Sed cum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petiit ut duo corpora illorum in unum corpus redigerentur. Cujus precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à superis petiisse dicitur, ut ea fontis natura maneret, ut qui vir cum intraret, *ἀνδρὸς ὄντων*, id est, utrumque sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocati Hermaphroditi.

Hermēnīa, Græca dictio: Latine interpretatio. { *מלכא melitāh.* *ἑρμηνία*. GALL. *Interpretation.* ITAL. *Interpretazione.* GERM. *Ein Auslegung.* HISP. *Interpretatione.* ANGL. *An interpretation.* } *ἑρμηνεύω* & *ἑρμηνεύω*, quod est interpretari. Unde libros illos dialecticos, quos *ἑρμηνεύω* inscripsit Aristoteles: nos de interpretatione dicere possumus.

Hermæas, *ἑρμαίος*. Insignis belli dux fuit, teste Polybio, cujus strenua opera ad res maximas usus est Antiochus, à quo tamen postremo ob suspicionem affectati regni, cum uxore & liberis est occisus.

Hermenii, populi Moschorum sunt propè Colchos. Perottus.

Hērēs Trismegistus, *ἑρμῆς ὁ τριμυθίτης*. Philosophus in Ægypto post Mosen claruit, eo tempore quo philosophiæ studia in Ægypto ceperunt florescere: quum antea tantum circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conversum, ubi Asclepius introducit. Deum omnino unum opinatur omnium conditorem, errorumque fatetur parentem, qui substitutiones idolorum invenit. De hoc plura apud Suidam, & August. *de civitate Dei.* Fuit Hermes alter item philosophus Ægyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, ut non minore justitia quàm doctrina præditus. Moriens juravit & immortalem se esse, & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas. Fuit Hermes præterea à Græcis dicitur quem nos Mercurium vocamus, *ἑρμῆς ὁ ἐρμηνεύων*, hoc est, ab interpretatione, quod nuntius & interpres deorum habitus sit. Servius in illud *Virg. 4. Æneid.*

Nunc etiam interpres Divinum, Jove missus ab ipso.

Hermes, inquit, Mercurius dictus est *ἑρμῆς ὁ ἐρμηνεύων*, id est, à sermone. Præstabat enim eloquentia: quem effingebant alas in capite & pedibus habentem, quod sermo hominum per aëra volitet. Vide infra in dictione *Mercurius.*

Hermesio, gemma igneo colore radians, aut portante secum in extinguitibus candidam lucem. Plin. *lib. 37. cap. 13.*

Hermionâ, *ἑρμιόνα*. Oppidum Peloponnesi maritimam, ad sinum Argolicum situm, non procul à Philunte, Junonis templo nobile. *Virg. in Ciri.*

Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermiona,

Verfus est spondaicus.

Hermionê, *ἑρμιόνη*. Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante patre apud Troiam, Orestis Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc Menelaus hujus rei inscius apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reversus quum Ægisthus regiam; occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophium Phocensium regem Electræ sororis auxilio clam ablegatus esset, Hermionem reluctantem vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris conjugæ, quæ illi in sortem cesserat, quàmque pro uxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Orestes postro favore, quo ob interfectam à se matrem cruciabat, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidavit, suamque sponsam recepit. *Virg. 3. Æneid.*

qui deinde sequuntur

Calepini Pars 1

Ledaam Hermionem Lacedæmoniôsq; hymenæos, &c.

Hermiones, populi sunt in finibus Germaniæ. Author Pomponius *lib. 3.* Vadianus arbitratur eos esse, quos hodie Pomeranos vocant Germani.

Hermippus, *ἑρμιππος*. Atheniensis poëta fuit, antiquæ comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili Comici. Scripsit fabulas *xl.*

Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblii, qui multa composuit sub Adriano principe. Vide Suidam.

Hermocrates, *ἑρμκράτης*. Nobilis sophista tempore Severi principis, à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, infelicis forma puellam duxit uxorem, quam postea repudiavit.

Hermias, *ἑρμίας*: Eunuchus, Trapezitæ cujusdam famulus. Athenas profectus Platonem, Aristotelémque audivit: & domi reversus cum domino suo Atarnenses & Assenses aggressus, subegit, & illis simul cum domino imperavit. Ex Suida.

Herminius, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad interuccionem occidit. Cujus cladis meminerunt Suetonius in *Augusto*, & Tacitus *de rebus Germanicis.* Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortissimus, unus ex iis quæ unâ cum Coelice Hetruscis in Sublicio testiterunt, donec à tergo pons solveretur. Livius *lib. 1. ab Vrbe condita.* Fuit præterea nobilis cujusdam Hetrusci nomen, apud *Virg. 11. Æneid.*

Ingentem corpore & armis

Deiecit Herminium.

[Hermodactylus, herbæ genus.]

Hermodorus, *ἑρμόδορος*. Fuit Philosophus Eusebius, quem in Italia exulantem Pomponius Jureconsultus tradit authorem fuisse Decemviris ferendarum legum *xii.* Tabul. Plin. *cap. 5. lib. 34.* dicit hunc fuisse interpretem legum decemviralium, eique ob id statuum publicam dicatam. Cic. *lib. 5. Tuscul. quæst.* Est illud scitum apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Universos, ait, Ephesios morte esse multandos, quod quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti sunt: Nemo de nobis unus excellat: si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Eadem ferè refert & Strabo *lib. 14.* Fuit & alter Hermodorus Sículus, auditor Platonis: cui vitio datum est, quæstui philosophiam habuisse, dictata quæ sub præceptore audiverat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. Hinc locus factus proverbio, Verba importat Hermodorus, *λόγους γὰρ ἑρμόδορος ἐμπροσθέντι.* In eum dicebatur, qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendunt pecuniâ, quod in poëtas, advocatos, sumi venditores, atque in id genus homines rectè dici poterit.

Hermodorus, *ἑρμόδορος*, Poëtæ nomen, cujus aliquoties meminit Plutarchus.

Hermogènes, *ἑρμωγῆνης*. Tarsensis sophista fuit, in puericia tanto dissendendi acumine, ut natus annos non amplius quindecim, fama sui nominis Marcum Antonium principem ad auditorium exciverit, ab eoque non pœnitenda tulerit munera. Accedente verò ætate, tanta illi oborta est stupiditas, ut omnibus esset ludibrio. Nam Cratillus ad nomen ejus alludens, dicebat cum à patre degenerare, quod quum Hermogenes esset, hoc est, Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem sophista cavillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute puerum.

Hermolaus, *ἑρμόλαος*. Byzantius Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Urbibus in Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. Fuit Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjuravit. Alius item apud Plin. *lib. 36. cap. 5.* statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornaverunt.

Hermoglyphus, *ἑρμωγλύφης*. *ἑρμωγλύφης*. GALL. *Tailleur d'images.* ITAL. *Scultore, statuario.* GERM. *Ein bildhauer.* HISP. *Esculpador d'entallador.* ANGL. *A carver of images.* statuarius: nam ut suo loco diximus, Græci signa & statuas Hermas vocant, *ἑρμάς* autem est sculpete.

Hermon, nomen est Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè disjunctus ab Jerusalem, trans Jordanem. Hermon, *ἑρμών*, etiam dicitur piscatorium in Peloponneso.

Apud veteres accipitur pro cuiusvis temporis parte. Unde quatuor anni partes, Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems, anni horæ dictæ. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus spatiis, in quæ dies dividitur. Dictæ autem sunt horæ (ut Macrobius putat) à Sole : Ægyptii enim solem vocabant Horum. Unde etiam horæ ab Ovidio Solis ministræ finguntur, sive (ut alii malunt) δὴ τῆ ὥρῃ, quod terminum significat, sive ab ὁρίζω, quod est terminare, definire. Sunt enim horæ nihil aliud, quàm spacia quædam æqualia, in quæ dies dividuntur. Alii malunt horas dictas δὴ τῆ ὥρῃ, quo verbo prima significatur : Ferunt enim Hermetem Trismegistum horas primam observasse ex urina sacri cuiusdam animalis, quod Serapi erat dictum. Nam quum animadverteret ab eo animali diei & noctis unius spatio, æqualibus interpositis intervallis urinâ duodecies emitti, placuit in totidem horas diem civilem dividere, qui tamen postea duplicato numero in horas 24. est distinctus. Terent. in *Eunuch.* Dum hæc dicit abiit hora, rogo nunquid velit. Cicero. *6. Verr.* Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. } Hora etiam quandoque pro die accipitur, vel pro statuto quodam & certo tempore. Idem *3. Verr.* Menses mihi tres quum eripuissetis ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remissurum putastis, ut quum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. Ubi Asconius, Horas suas vocat viginti dies qui acculatori dabantur ad accusandum legitimi, totidemque defensori. Virg. *1. Georg.*

— Nunquam te castina fallat

Hora, neque insidiis noctis capiere serena.

Omnia horarum hominem, veteres appellabant eum, qui seriis pariter ac jocis esset accommodatus, & qui cum assidue libeat convivere. Atque ita appellatum Afinium Pollionem, author est Fabius *lib. 8. cap. 4. circa finem.* Vide Erasmi. *Adag.* Horarum omnium amici. Suet. in *Tib. cap. 42.* Et Sermones. Idem in *Claud. cap. 40.* } Hora præterea, deæ nomen erat apud Romanos, ita dictæ δὴ τῆ ὥρῃ, hoc est, à venustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli uxorem, quæ post Romuli apotheosin in cælum translata, pro Hersilia vocata est Hora. Ennius,

Teque Quirino pater veneror, Horamque Quirini.

Apud Ovid. tamen in *lib. 14. Metam.* legitur Ora, sine aspiratione, & priore correpta.

— Priscum (inquit) pariter cum corpore nomen

Mutat, Oramque vocat, qua nunc dea juncta Quirino est.

Hora Quirini. Gell. *cap. 21. lib. 13.* Quæ hæc Æora Dea, Plutarcho Hora dicitur. Vide Plutarch. *9. 22. & 9. 36.* } Horæius, a, um, quod est unius horæ. Hinc Secretum horarium, dicitur secretum unius horæ. } ὥρα ἡ ὥρα. GALL. *D'une heure, qui dure une heure.* ITAL. *D'un' hora, che dura un' hora.* GERM. Das einer stund lang ist. HISP. *Cosa de una hora.* ANGL. *That dureth one hour.* } Suet. in *Domit.* Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere. Idem Suet. *cap. 37.* Mori iullis non amplius quàm horarium spatium dabat.

Horæium, ii, substantivum : Est instrumentum quodvis, quo diei horas deprehendimus, sive sciothericum sit, sive clepsydra, sive alia quævis machina, horas indicans. } ὥρολογιον ἢ ἡσέλ ἡ ἡμαθάλωθ. ὁρολογίου. GALL. *Horloge.* ITAL. *Horologio, horivulo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A diall any instrument, to know the houres by.* } Censorius *cap. de diebus,* P. Corn. Nasica Censor ex aqua fecit horarium : quod & ipsum à consuetudine noscendi horas, à Sole solarium ceptum vocari.

Horologium, ii : Horarium, quasi horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur. } ὥρολογιον ἢ ἡσέλ ἡ ἡμαθάλωθ. ὁρολογίου. GALL. *Horloge.* ITAL. *Horologio, horivulo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A cloche.* } Olim solarium dicebatur, quoniam in Sole tantum horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debita proportione distincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus soli oppositus supereminerebat, & ejus umbra in lineas incidens horas ostendebat. Quæquam & alia habuerunt Prisci horologia, quæ aque fluxu horas indicabant, quas ab aqua sensim defluente, clepsydras vocabant. Vide Plin. *lib. 7. cap. 60.*

Horologicus, a, um, pertinet ad horologium. }

Horoscopus, i, ὁροσκοπός, παρὰ τὸ ὁροσκοπεῖν τὰς ὥρας, hoc est, à perscrutando horis : significat eam cæli partem, quæ hora qualibet ab infertiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri sæculi Ascendens appellant. } ANGL. *Any thing wherein houres be marked.* } Augustinus *lib. 5. de Civit. Dei,* Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut eadem pars horæ copii maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis possint Geminis inveniri. Si autem sequentis tarditas horoscopus mutat, parentes diversos quæro, quos Geminis habere non possunt. } Horoscopus item id temporis momentum significat, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Persius *Satyr. 6.*

— geminos horoscope varo.

Producis genios, id est gemellos, tamen diversis fatis.

Est etiam horoscopus interdum adjectivum, ut instrumenta horoscopi Pars I.

roscopta, & vasa horoscopa dicuntur, in quibus horæ dignoscuntur. Plin. *lib. 2. cap. 72. al. 74.* Vasa horoscopa non ubique eidem sunt usui, in trecentis stadiis, aut ut longissimè etiam in quingentis stadiis, mutantibus profertur, Juventutis dea. Enn. *An. 1.*

Te Quirine, pater veneror, Horamque Quirini. }

Horæum, ὁροῖον, per simplex r, cum diphthongo, dicitur mel æstivum, cæterique omnes fructus, qui æstate colliguntur, δὴ τῆ ὥρῃ, hoc est, à pulchritudine, quod fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. } Dicuntur etiam hoc nomine quædam salsamenta ex piscibus confecta. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thynneum. In horæo macra pinguibus, in thynneo macris pingua præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra sunt, inter pingua cordylæ. Plaut. *cap. se. 24. a. 4.* Horæum, Scombrum, & trigonum, & cetum, & mollem capæum. } Horæius, ὁροῖος. P. Æta Venusinus, Lyricorum & Satyrorum scriptor, qui anno Imperii Augusti Cæsaris xxxiiii. ætatis verò suæ lxi. moriens Augusti reliquit hæredem, maxima pompa apud Mæcenatem in Exquilis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deducunt : quibus tamen præter scripturam, primæ etiam syllabæ putantibus refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam, Ovidius,

Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

} M. Horatius Cos. dedicavit Capitolium. Plutarch. in *Public.*

Horæius Cocles : vide *Cocles.*

Horæum, & Fortum, pro bono veteres usurparunt.

Horda, hæ : Vacca prægnans. } βῆ : ἰσχυρὰ ἢ ἰσχυρῶ. GALL. *Vne vache pleine, ou preinz.* ITAL. *Vacca gravida.* GERM. Ein tragende kuh. HISP. *Vaca preñada.* ANGL. *A cowe with calfe.* } Nam quæ sterilis est, taura appellatur. Varro *2. de re rustica, cap. 5.* Quæ sterilis est vacca, taura appellatur, quæ prægnans, horda. Ovidius murata aspiratione in digamma Æolicum, pro eodem dixit Fordam, putâque à ferendo derivari.

Forda ferens bos est, sæcundaque dicta ferendo.

Hordeum, i : Ab horreo sit, quoniam tamen tametsi calamus altior frumento, quàm hordeo sit, arista tamen mordacior est hordeo. } שְׂעוּרָא schorah. ὁρδή. GALL. *Orge.* ITAL. *Orzo.* GERM. Gersten. HISP. *Cevada.* ANGL. *Barley.* } Vel dicitur ab oriendi celeritate, quod ante omnia frumenta sit aridum : aut certè ab antiquo adjectivo hordus, quod apud vetustissimos significat gravidum, pro quo posteriùs mutata aspiratione in digamma Æolicum dixerunt Fordus. } Terent. Scaurus *de Orthograph.* Fordeum antiqui dixerunt, quod postea hordeum; ut sædus pro hædo : fariolus, pro hariolo. Suet. in *August. cap. 25.* Hordeo decimatas (legiones) pavit. Plaut. *Asm. se. 4. a. 3.* Demam de hordeo tolurim ni badizas. Plin. *lib. 18. cap. 7.* Hordeum frugum omnium nobilissimum est, seri non vult nisi in soluta & sicca terra, ac nisi lata. Palea ex optimis : stramento verò nullum comparatur.

Hordeæcæus, a, um, quod est ex hordeo. } ὁρδαῖος. GALL. *D'orge.* ITAL. *D'orzo.* GERM. Das von gersten ist. HISP. *Cosa de cevada.* ANGL. *Made of barley.* } ut, Panis hordeaceus. Plin. *lib. 18. c. 11.*

Hordearius, a, um, quod hordeo vivit. } ὁρδαῖος ἢ ὁρδαῖος. GALL. *Qui vit d'orge.* ITAL. *Chi vive d'orzo.* GERM. Das der gersten gelabt. HISP. *El que vive de cevada.* ANGL. *That liveth on barley.* } Plin. *lib. 18. cap. 7.* Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Æs hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus. Hordearia pruna. Plin. *lib. 15. cap. 13.* Hordearia appellata à comitatu frugis ejus.

Hordicalia. Varr. *lib. 2. de R. R. cap. 5.* Quæ sterilis est vacca, taura appellata : quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis hordicalia nominantur, quod tunc hordæ boves immolantur.

Hordicidium. Fest. Horda prægnans, unde dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur, hordicidia. }

Horîa, z : vide *Oria.*

Horîzon, tis : Finitor & finiens à Cicrone dicitur. } ὁρίζων. GALL. *L'horizon.* ITAL. *Orizone.* GERM. Der circel an dem sich das gesicht endt / wan einer auff der weite ist / vnd in bedunct es hange der himmel ringweis einbhat am erdtich. HISP. *Orizone.* ANGL. *Horizon.* } δὴ τῆ ὥρῃ, quod est terminare. Est autem circulus major apud ætologos, qui cælum dividit quasi medium, & nostrum aspectum definit. Centum & octoginta stadia non excedere putatur, quod oculorum acies ulterius se non extendat. Cic. *1. de divin.* Quum enim illi orbis, qui cælum quasi medium dividunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζωνες nominantur, à nobis finientes rectissimè vocari possunt, varietatem habeant, alique in aliis locis sint, necesse est ortus, occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Horödës, sive (ut alii scribunt) Orodës, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarch. in *Crasso.*

Hormesion, gemma igneo colore radians, auro portante secum in extremitate candidam lucem. Plin. *lib. 17. cap. 10.*

Horminodës, gemma quæ ex argumento viriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. Idem *lib. 17. cap. 10.*

Hörminum, ὄμιρον. Herba est folio marubii, caule semicubitali, quadrangulo, semine salviæ simili. Vulgus *Salviam transmarinam* appellat.

Hormula, statua sine manibus. Lege *Hermula.*

Hörnò, adverbium, significat Hoc anno. } ἡ ἡμεῖς, τὸ τῷ τῷ ἔτῳ. GALL. *Cette année.* ITAL. *Questo anno.* GERM. *Heüt.* HISP. *A questo año.* ANGL. *This year.* }

Hörnvs, a, um : A pronomine *hic,* & *annus,* idem est quod hujus anni, vel quod ætatem unius anni non excessit, hornotinus. } Alii deducunt ab Hora, quod hujus esset anni, neque in alienas transfer horas, id est, partes anni sequentis. Scaliger. } שְׁנָתָא בְּהַרְשָׁנָא. GALL. *D'un an.* ITAL. *D'un anno.* GERM. *Heürig.* Das nit über en jahr alt ist. HISP. *De un año.* ANGL. *Of one year.* } Unde Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno provenit. Acton.

hornum, quod est unius anni, dixit: ut, Res horna: id est, annua, vel nova. Propert. lib. 4.

Ille dies agnis eadem denuntiat hornis, id est, agriculis.

Horat. Epod. 2.

Et horna dulci vina promens dolio.

Horna (inquit) vina dicuntur hujus anni. Nonius verò, illius anni interpretatus est, & adducit Lucil. lib. 28. ita scribentem: Utrum anno, an horno te abstuleris a viro. ¶ Hornam messem, proverbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit proventurum in agris. ¶ Comici verba sunt hæc in Most. sc. 3. n. 1. Jam pridem mecastor frigida non lavi magis lubenter, necunde me melius mea scapha rere ædificatam. Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum læna, optans ut ex ejus forma quamplurimum commodi capiatur: Eventus (inquit) rebus in omnibus velut in horreo horna messis magni sit. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non fatis intelligens: Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lavationem? Erasim.

Hörnötinüs, a, um, sicut à Diu, diutinus: Hujus, vel unius anni. { בן שנה בן } *ben schanáh. in.* GALL. De cette année. ITAL. Di questo anno. GERM. Heutig/istig. HISP. Cosa de questo año. ANGL. Of this year. Cic. 5. Verr. Hæc literæ, Judices, L. Metelli, quas audistis, hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exaraverunt. Cato de re rust. cap. 17. Hornotinae nuges, virides. Col. lib. 3. Plantas hornotinas, scrobibus pedibus factis, ante Calendas Martii dispositas habeas.

Hörölögium: vide Hora.

Horodes, Rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alii Oroses scribunt.

Horomafdes, apud Chaldaeos bonus dæmon erat, qui Jupiter putabatur. Sipontinus.

Hörös, ὄρος. A Græcis dicitur finis & terminus cujusvis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cujuscunque corporis extremum.

Horreo, Horresco: vide Horror.

HÖRRĒUM, ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum: picei enim fruges inclusas spicis cum aristas in granariis condebant. { חסן אסון } *asam, ὄσων.* GALL. Grenier. ITAL. Granaio. GERM. Ein scheur/ornspeicher. HISP. Alhondiga, d granero. ANGL. A barn. ¶ Varro ab hordeo tractum existimat, quemadmodum à farre, farreum. Nam quemadmodum farreum dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo servando accommodatus, quanquam latius accipitur pro quarumlibet frugum reposito. Virg. in Georg.

Illius immensa ruperunt horrea messes.

Cic. contra Rullum, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. Suet. in Calig. cap. 26. Horreis præclusis famem pop. inducere. Tibul. lib. 4.

Horrea fecundis indeficientia mensis.

¶ Non solum autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum, sed etiam rerum aliarum pretiosarum, sepositarum ad quotidianum usum: ut apud Apuleium in Metamorph. Demonstrat horreum, ubi vesperè sagaciter argentum copiosum recondi videbat. Juriconsulti horrea frequenter usurpant pro reposito. metecium, & rerum pretiosarum. ¶ Horreum excutere (de bibliotheca.) Senec. epist. 45. ¶ Ipso horreo dari dicitur, quod prolixè & affatim datur.

HÖRRĒOLUM, { τὸ μικρὸν σπυράκειον, ἢ μικρὸν ὄσων. } GALL. Petit grenier. ITAL. Picciolo granaio. GERM. Ein scheurle. HISP. Pequeño alholi, d algorfa, d granero. ANGL. A little barn. ¶ Diminutivum ab Horreum. Valer. Max.

HÖRRĒARIUS, qui horreum curat atque custodit. { σπυράκει, τιμίας. } GALL. Gardien de blé. ITAL. Guardiano del granaio. GERM. Ein scheurenmeyer/speichermeister. HISP. Guardador, el que guarda el pan. ANGL. That kee peth the barn. ¶ Ulpian. in l. Celsus. ff. ad exhib. Sed si nemo hæres sit, cum horreatio agendum.

HÖRRĒILLIS; Horridus: vide Horror.

HÖRRÖR, is, vox πειριερόν. Tremor, propriè quum totum corpus, vel frigore, vel pavore perturbatur, metus. { רעד רב } *rab adh, רעד רע* *hadháb. פלון.* GALL. Frisson, effrayement, horreur, grand' peur. ITAL. Tremore, horrore, freddo, batimento di cuore. GERM. Ein schauderung oder erzitterung. HISP. Miedo, d espeluzo por frio. ANGL. Dread, feare, terrour. ¶ Cels. lib. 3. cap. 3. Febres alix protinus incipiunt à calore, alix à frigore. Frigus voco ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: hortorem, ubi totum corpus intremiseit. Virgil. 3. Æneid.

— mibi frigidus horror

Membra quatit.

Idem 4. Æneid.

Arreque horrore coma, & vox faucibus hæsit.

Plaut. Amph. Inclamat Alcmena, tam ea res horrore afficit. Idem ibid. Horror misero mihi membra percipit. ¶ Refertur quandoque ad torvitatem aspectus. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. ¶ Quandoque ad venerationem, pro metu illo, qui ex religione incutitur. Virg. 1. Æneid.

— horrentique atrum nemus imminet umbra.

Lucanus,

Arboribus suis horror inest.

HÖRRĒIDUS, a, um: Hispidus, asper. { ἄσπερος } *aspir. δασύς, λάσιος.* GALL. Effrayant, hideux, épouvantable, aspre, rude. ITAL. Horrido, aspro, pelofo. GERM. Rauch/haarachtig. Item, Scheurlich. HISP. Espantable, d espeluzado. ANGL. Horrible, rough, dreadfull, rude. ¶ Virg. lib. 4. Æneid.

— & glacie riget horrida barba.

¶ Interdum accipitur pro inculto, & inornato. Ter. in Phorm. Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem: Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida. Velleius, Hirtus & horridus C. Marius. ¶ Per translationem oratio dicitur horrida, quæ dura est, aspera, & jejuna. Et horridus, timidus, φεικτός. Virg. 3. Æneid.

Horridus in jaculis, hoc est, terribilis, ut exponit Servius. Horrido contrarium est Nitens, vel nitidum. Cic. 3. de Orat. Ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quadam est oratio tua.

HÖRRĒIDĒ, adverbium: Asperè & incultè. { ταραχῆς δασίας, αὐχμηρῶν. } GALL. Asprement, rudement, horriblement. ITAL. Rozzamente, aspramente. GERM. Rauchlich/onlieblich/häßlich. HISP. No labrada, impolidamente, asperamente. ANGL. Boughlie, rudelio, hid o isly. ¶ Cic. in Orat. Putant enim qui horridè, incultèque dicat, modò id eleganter enucleatèque faciat, eum solum Atticè dicere.

HÖRRĒIDĒTĀS, aris: Horror. { רע רב } *rab adh, רעד רע* *hadháb. פלון.* GALL. Horreur. ITAL. Horrore. GERM. Das schaudern oder zittern. HISP. Miedo d espeluzo por frio, horrore. ANGL. Horrour, dread. ¶ Nævius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.

HÖRRĒIDŪLUS, a, um, diminutivum: Subhorridus, id est, parum bene cultus. { ἄσπερος } *aspir.* GALL. Un peu effrayant, un peu aspre & rude. ITAL. Alquanto tremante, sbigottito. GERM. Scheuzlechtig, das unlieblich ist. HISP. Espantable d espeluzado un poco. ANGL. Somewhat dreadfull or hideous. ¶ Persius,

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Cic. 2. ad Att. Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Cic. in Orat. Horridulæ orationes. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Pupillarum horridulatum oppressiuncula.

HÖRRĒIBĪLLIS, e: Formidabilis. { נורא } *noráh. פלון, פלון.* GALL. Horrible, épouvantable. ITAL. Horribile, spaventevole. GERM. Greulich/scheulich/erschrecklich. HISP. Espantable d terrible. ANGL. Fearfull. ¶ Cic. Et quod dictu quoque horribile videtur, viventi sanguine haulto. Virg. 4. Georg.

Omnia transformat sese in miracula rerum,

Ignemque horribilèmq; feram, fluviumque liquentem.

|| Horricomis, e, horrentes comas habens. Horricomes canes. Apul. lib. 4. ||

HÖRRĒIFĒR, a, um: Horrorem incutiens. { מחריד } *macharidh. פלון.* GALL. Qui donne frayeur. ITAL. Che da spavento & fa tremare. GERM. Das frost und schaudern bringt. HISP. Cosa que trae miedo. ANGL. That bringeth feare or cold weather. ¶ Cic. 1. Tusc. Hoc est Aquilonis stridor: gelidas molitur nives. Ex poëta Ovid. 1. Metamorph.

— Septémque triones

Horrifer invasit Boreas.

HÖRRĒIFĒCO, as: Horrorem incutio, horrorem adfero, injicio. { מחריד } *macharidh. פלון.* GALL. Effrayer, eslonner, épouvanter. ITAL. Far paura & horrore. GERM. Ein grausen oder forcht machen/erschrecken. HISP. Espantar. ANGL. To mak, to feare. ¶ Virg. 4. Æneid.

Multaque præterea vatium prædicta priorum

Terribili monitu horrificat.

HÖRRĒIFĒCUS, a, um, quod horrorem facit. { מחריד } *macharidh. פלון.* GALL. Qui fait frayeur, effrayant, étonnant. ITAL. Ciò che fa horrore d paura. GERM. Das ein grausen vnnnd forcht macht. HISP. Cosa que haze espanto y miedo. ANGL. Terrible, that maketh to quake for feare. ¶ ut, Horrificum bellum, apud Cic. pro domo. Virg. 3. Æneid.

At subita horriffico lapsu de montibus adsunt

Harpyia.

HÖRRĒIPĪLO, as: Significat horridiore, asperiorèque pilo fruticare. { סמאר, רעד } *samar, simmér. דאסווינגן.* ¶ Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

HÖRRĒISÖNUS, a, um, quod cum horrore sonat, sive quod horridum sonum habet: ut, Horrifonus fremitus. { רעד רב } *rab adh, רעד רע* *hadháb. פלון.* GALL. Qui rend son effrayant. ITAL. Che rende sono horribile. GERM. Das grausen vnnnd erschrecklich tönnet. HISP. Cosa que haze el son d sonido espantable. ANGL. That giveth an horrible sounde. ¶ Virg. 9. Æneid.

Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur

Horrifono.

Cic. 2. Tusc. Horrifonum fretum. HÖRRĒÖ, es, ui: Horrore afficior, propriè quum pili setave in animante eriguntur. { סמאר, רעד } *samar, simmér, רעד רב* *rab adh, רעד רע* *hadháb. פלון.* GALL. Frissonner, se herissonner, & lever son poil, se rebuper, trembler de peur. ITAL. Haver horrore, paura, freddo. GERM. Ein grausen haben. It. Frösteln oder frost haben/sich fôrchten und entsetzen &c. HISP. Espeluzarse con frio, tener, tener, d haver en horrore. ANGL. To feare, to trimble or shiver for feare. ¶ Verum quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est, ut horrere aliquando accipiat pro frigere. Juvenalis Sat. jr. 2.

— & horrenti tunicam non reddere servo.

¶ Hinc quia frigus sæpe à timore proficiscitur, fit ut horreo accipiat pro timeo. Virg. lib. 3. Georg.

Nec vanos horret strepitus.

Liv. 2. ab Urbe, Consules quoque Romani nihil præterea aliud quam suas vires, sua arma horrebant. ¶ Horrere item tremere significat. Columell. lib. 4. cap. 1. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. ¶ Item asperum esse, quoniam corpora quæ horrent, aspera redduntur. Virg. 11. Æneid.

— tum latè ferreus hastis

Horret ager.

¶ Similiter horrere, est stupere, mirari. Idem lib. 3. Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum.

¶ Construitur hoc verbum modò absolutè. Terent. in Eunuch. Totus horreo. Modò cum dativo. Plinius in Panegy. Nemo jam patris filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret. Modò, cum ablativo, generibus horret animus recordari, quum immanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina sævierit. Modò cum accusativo. Virg. lib. 3. Georg.

— nunquam custoditus illis

Nocturnum stabulis furem, incurfisque luporum,

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

¶ Hujus verbi composita sunt, Abhorreo, c horreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo: quæ vide suis locis.

Hōnēscō, is : Horridus fio, ut quum quis intrinsecus algorem, seu tremorem in se excitati & crescere sentit, pavore, stupore, aut febris invalescente. Samar, simmer, rahādh, charādh. imphā. Gall. Avoir frayeur, trembler de peur, craindre. Ital. Haver horrore, divenir horrido. Germ. Ich heb an zu schaudern oder zuittern. Hisp. Temer, d haver horror. Angl. To shiver for cold or fear. Virg. lib. 6.

Horrescit visu subitō, causāque requirit. Plaut. in Asin. Horrescet faxo lana, leges quum audiet, id est, expavescet. Item contremiscere. Virg. lib. 3. Georg.

Tum segetes alta, campique natantes, Lenibus horrescunt flabris.

Terent. Adelph. Perii, horresco semper, ubi pullare halce occipio fores. Aliquando habet post se accusativum. Virg. lib. 3. Aeneid.

Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Ejus composita sunt, Abhorresco, & exhorresco, & inhorresco, & perhorresco, quæ vide suis locis.

Hōrēndūs, a, um : Timendus & abominandus. Norā. Gall. De quoy on doit avoir horreur, horrible, épouvantable. Ital. Horrendo. Germ. Erschrecklich, abscheulich, grausam. Hisp. Cosa espantable y de temer. Angl. Horrible, to be feared. Virg. 3. Aeneid. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Idem 2. Aeneid. Clamores simul horrendos ad sydera tollis. Tibull. Eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses. Hōrsum, adverb. loci. Versus hunc locum. Poh, hāleah.

Gall. Vers ce lieu, de ce costé, vers cette part. Ital. Verso questo luogo, verso quà. Germ. Hieherwerts, hic hinauf. Hisp. Hazia aqueste lugar. Angl. Hetherward. Plaut. in Rud. Vidēne alteram illam, ut fluctus ejecit foras? Surrexit, horsum se capessit, salva res. Idem Milit. sc. 3. a. 2. Quam horsum junix se recipiat ad stabulum. Terent. in Heecyr. At at ecceum Phidippum & patrem video, horsum pergunt.

Horta, quæ Hortanum Plinio, aliis Orta, Horti, Orti. V. E. Etrurizæ, in provincia Romana, & ditione Pontificia.

Horta Dea. Vide Plutarch. q. 22. & 46. & supra in Hora.

Hōrtēnsiā, Q. Hortensii filia eloquentissima. Ein wolberedt Xdmisch weib, quæ quum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quavisquam liberiùs loqui auderet, causam constanter egit, repræsentatâque patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars eis remitteretur. Ejus orationis præcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hōrtēnsis : vide Hortus.

Hōrtēnsiūs, cui Quinto fuit prænomen. Romanus orator, qui in foro Romano causarum rex ob eloquentiam dictus est. Ein Xdmischer redner. Licet ejus scripta non laudata fuerint, melius enim dicebat quam scribebat. Dictionem enim incredibili gestus suavitate commendabat. De quo Cicero in Bruto, sic refert: Primum memoria tanta, quantum in viro cognovisse me arbitror, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis iisdem redderet, quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quod sedens olim totum diem in auctione, omnes res venales, & pretia, & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur. Hortensius poeta. Ovid. 2. Trist.

Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi Carmina.

Hōrtōr, aris, ab ἄγω, ὄγω. Adhortor, ad aliquid excito, incito & impello, consilium ad aliquam rem do. Hortari, propriè est voce & clamore impellere: ut hortari equos, canes, remiges, milites. Hozor, hēsteh, hebir, hechezik. Gall. Exhorter, inciter à quelque chose. Ital. Confortare, effortare. Germ. Ermahnen/mit Worten anhalten und treiben. Hisp. Induzir, d amonestar, incitar. Angl. To exhort, to encourage. Et differt à moneo, quia monemus autoritate & consilio: hortamus rationibus & precibus, etiam plerumque blandiendo. Terent. in Heecyr. Ego propterea te sedulo & moneo, & hortor, ne cuiusquam miscaris, quin spolies. Cic. ad Lentulum, Pompeium & hortari, & orare, & jam liberiùs accusare & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. Plaut. Amphitr. Imperator utrinque hinc & illi c lovi vota suscipere, hortari exercitum. Hortor te, dicitur, & hortor abs te. Ovid. 13. Metam.

Qua non hortanda, sed astu

Decipienda fuit.

Hortans, antis. Tibull. lib. 4.

Quin hortante Deo, magnis insilere rebus Incipe.

Hortari ad. Cic. pro Archia. Quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Hortari de. Cic. Marcello, lib. 4. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam horror. Cæli. lib. 2. de bell. civ. Hortari de custodia & defensione urbis. Hortari, passivè. Tacit. lib. 6. Annal. Memmiam Pollionem Consullem designatum ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octavianum despondere Domitio.

Hōrtātio, nis : Adhortatio, admonitio. Gall. Admonestement. Ital. Effortazione. Germ. Ermahnung. Hisp. Induzamiento. Angl. An exhortation or encouraging. Cicero. 5. de finibus, Tamen mihi grata est hortatio tua. Hortationes ad Philosophiam. Suet. in Aug. cap. 85.

Hōrtātūs, us : Adhortatio & monitio. Cic. pro Arch. Quod si hæc vox hujus hortatu, præceptisque confirmata nonnullis aliquando saluti fuit, &c. Plin. lib. 13. cap. 1. Cujus hortatu exceperat eos dies. Gell. cap. 24. lib. 13. & cap. 3. lib. 9.

Hōrtāmētū, inis, & Hortamentum, idem significant. Liv. 10. Ubi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro Reipubl. audenda. Idem lib. 7. Pugnatum haud procul porta Collina est, totius viribus urbis, in conspectu parentum, conjugumque ac libe-

Calepini Pars I.

rorum: quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis simul verecundia misericordiâque militem accendebant. Salust. Jugurth. 134. Magnâque hortamento erant.

Hōrtātōr, is : Sualor, auditor. Mafith, mebir, machazik. Gall. Qui exhorte, admoneste & incite. Ital. Chi conforta & incita. Germ. Ein ermahner. Hisp. Enduzidor, amonestador. Angl. An exhortor, an consailour. Cic. pro Sext. Rosc. Postmodò, isto hortatore, aut hore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt. Ovid. 13. Metam.

Hortator scelerum.

Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Hortator pugna consiliūque fuit.

Hōrtātrix. Mafithah, mebirah, machazikah. Gall. Celle qui exhorte, & incite. Ital. Dona che conforta. Germ. Ein ermahnerin. Hisp. Induzidora, amonestadora. Angl. She that exhorteth or consaileth. ut, Gloria hortatrix animosi lethi. Stat. 9. Thebaid.

Hōrtātīvūs, a, um : Adhortationi accommodatus. Gall. Dequoy on use & se sert-on à exhorter. Ital. Cosa che usiamo per confortare. Germ. Zu der ermahnung füglich. Hisp. Cosa para induzir. Angl. That severeth for exhorting. Quint. Hæc ad hortativum genus maximè pertinent.

Hōrtvūs, i, ab ὄρεθ, vel ἄρεθ. Est locus in agro, sive etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. Nghan, xhph. Gall. Un jardin, un courtil. Ital. Orto, giardino. Germ. Ein garten. Hisp. Huerto para ortalizas, jardin. Angl. A garden or orchard. Horat. 2. Serm. satyr. 14.

Caule suburbano qui siccis crevit in agris Dulcior, irriguo nihil est elutius horto.

Cic. 13. Philipp. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigravit. Plaut. Milit. sc. 3. a. 2. & sc. 4. a. 2. Apud nos neque solarium esse, neque hortum (quæ transire possit.) Idem Aul. sc. 4. a. 1. Apud me hortum confodere jussi. Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Non hac in nostris, ut quondam scribimus horti.

Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist.

Vacuos secedere in hortos.

Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Mulier olitori nunquam supplicat, domi habet hortum. Hortus etiam in Priapeis sumitur, ut apud Græcos κήπος, pro pube, & ea parte, quæ honestè nominari non potest. Victor. cap. 10. lib. 25. Apud veteres accipiebatur pro villa, quòd in illis viri ad bella apti orientur. Plin. lib. 19. cap. 4. In xti. Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa: semper in significatione ea hortus: in horti verò, hæredium. Festus, Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent, orientur. Constat itaque, si etymologiæ rationem spectemus, scribendum esse ortus, sine aspiratione: fecit tamen receptus à doctioribus usus ut aspiceretur, ad differentiam fortassis participii ortus, vel nominis quartæ inflexionis. Utcunque tamen quis scribat, non multum peccaverit. Valla lib. 3. cap. 9. constituit differentiam inter hortum singulari numero, & hortos plurali: ut hortus dicatur ubi olera nascuntur, hoc est, quævis herba sativæ, quibus vescimur: horti verò, qui arboribus consiti sunt, & voluptatis causâ comparati. Unde in superiori dicendum putat unum hortum, duos, aut tres hortos: in posteriore verò, per numeros distributivos loqui præcipit, ut scilicet unos, binos, ternos, quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiam si frequentius vera est, non semper tamen observatur. Testimonia vide apud Vallam loco jam citato. Horti pensiles, qui supra ædificia facti, vel supra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14. Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Egyptiæ & hebræ.

Hōrtūlūs, i, diminutivum est ab hortus. Gall. Un petit jardin, jardinet. Ital. Horticello, giardinetto. Germ. Ein gärtlin. Hisp. Pequeno huerto, d jardin. Angl. A little garden. Plin. lib. 5. c. 1. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo. Cic. 1. de nat. deor. Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit.

Horticus, a, um, ab Horto. Diomedes lib. 1.

Hōrtēnsis, & hortense: Quicquid in horto nascitur. Gall. De jardin, qui croist es jardins. Ital. Cio che nasce nell orto. Germ. Das in dem garten wachst. Hisp. Cosa de huerto, d que nace en ello. Angl. Whatsoever groweth in a garden. Plin. lib. 19. cap. 10. Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata.

Hōrtēnsiūs, a, um, hortensis. Plin. lib. 19. cap. 8. Beta hortensiorum levissima est. Idem lib. 22. cap. 24. Sed medicina è floribus, coronamentisque, & hortensis, quæque manduntur, herbis prosequuti, quoniam modo frugum omittimus?

Hortulanus, qui horti curam habet.

Hōrus, æg. Iudis filius, quem quum illa amisisset, verita ne illi obveniret quod Osiri patri acciderat, multum flevit: sed eo invento, merorem in lætitiā convertit. Horus præterea ab Egyptiis vocatur Sol, unde & horas dictas arbitrat. Fuit & Horus Assyriorum rex. Plin. lib. 30. cap. 15.

Hofa, Tuscorum fluvius Ptolemæo: Martha hodie.

Hofanna, ὁσαννά, duæ voces Hebrææ sunt, salutem affer, vel presta nunc.

Hospes, scemin. gener. de Junone.

Non venit hac vestris hospes amica choris.

Hōspēs, itis, generis commun. ab ὅσπ, ἄσπ, ὅσπ. Quisquis peregrinus. Dicitur qui alteri hospitio excipit, vel excipitur. Measéph lalún, lan, mitblonén, gher. Gall. Hôte, hôteliers, celui qui loge, ou est logé, étranger. Ital. Albergatore, & chi d albergato, forestiere. Germ. Ein wirt/oder ein gast. Hisp. Huesped, que recibe d es recibido. Angl. A host that receiveth strangers, also a gueft that lodgeth in ones house, a stranger. Propriè autè dicuntur hospites, qui amicos gratis excipiunt. Nam qui mercede id faciunt, Capones dicuntur. Ovid. 1. Met.

Non hospes ab hospite tutus.

Cic. pro Dejotaro, Per dextrâ istam, quam hospes hospiti porrexisti.

¶ Primus officii gradus parentibus, secundus pupillis, tertius clientibus, quartus hospitibus: Gellius *cap. 13. lib. 5.* ubi plura. ¶ Hospes item pro peregrino accipitur. Terent. *in Andr.* Nunc me hospitem lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile. Aliorum exempla commovent. Cic. *Acad. 1.* Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt: ut possemus aliquando qui, & ubi essemus agnoscere. Eodem modo pro quolibet ignoto aliquando ponitur. *Perf. sat. 2.*

— *hac clarè & ut audiat hospes.*

Dicit autem Perlius mentem bonam & fidem precantes clarè à diis petere, ut omnis præteriens & ignotus audiat: cætera verò clamet occultè. ¶ Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, quod numero plurali interdum legamus neutrum genus hospita, ut apud Virg. *3. Æneid.*

— *quo tutior hospita lustris*

Æquora.

Sed verisimilius est, hoc esse ab adjectivo hospitus, a, um, cuius etiam femininum sæpius invenitur in singulari numero: ut, Avis hospita, apud Stat. *1. Achil.* & Navis hospita, apud Ovid. *1. Fast.* & Terra hospita, apud Virg. *3. Æneid.* ¶ Hujus compositum est Inhospitus, a, um, de quo suo loco.

Hospitā, a, quæ aliquem hospitio excipit, aut excipitur. { *חַוּוּן זֶנֶן*. *ἑνὸς ἑστῆς*. GALL. *Hofstesse*. ITAL. *Hofstessa*. GERM. *Ein wirtin oder gastfrav.* HISP. *La huespeda assi.* ANGL. *An hostes, the goodwife of an house.* ¶ Cic. *4. Verr.* Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multò magis figura & lineamenta hospitiæ delectabant. ¶ Accipitur etiam pro peregrina. Terentius *in Andr.* Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ, propter hujuscæ hospitiæ consuetudinem.

Hospitium, ii: Domus quæ gratis liberaliterque venienti hospiti patet. { *מלוּן מלון*. *ἑνὸς ἑστῆς*. GALL. *Logis pour les estrangers, hostellerie, auberge.* ITAL. *Hospitale, allogiamento, hospitio.* GERM. *Ein herberg wirtshaus.* HISP. *Albergo, hospederia por amistad.* ANGL. *A lodging, or inne.* ¶ Liv. *lib. 2.* Ibi benignè excepti, divisi que in hospitium, curatis vulneribus. Sciendum antiqui instituti fuisse, ut hospitium necessitudo non modò inter privatos, sed etiam inter populos contraheretur: quod genus amicitia Græci *ἑσπῆσιον*, Latini hospitium publicum vocaverunt. Nam quod hospitium inter privatos contraheretur, Græcè *ἰδιόθῆσιον*, Latine privatum hospitium dicebatur: cuius erat nota, pignusque tessera hospitalis, ut ille apud Plautum ait *in Pænulo*, Deum hospitalem & tesseram mecum fero. Liv. *lib. 37.* Nihil nobis tota nostra actioe, p. c. neque difficilium, neque molestius est, quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maximo regum, & privatum singulis, & (quod magis nos movet) publicum civitati nostræ hospitium est. Budæus. Hospitium item familiaris quædam amicitia est, vel mihi hospitandi apud illum, vel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hospitium. Idem *4. Verr.* Dixit hoc idem M. Lucullus se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, jam antè cognovisse. ¶ Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, hospitium non ineptè possunt appellari: quæ vulgò vocant Hospitalia, *ἑσπῆσιον*, *πρωτόδοξῆσιον*. Quæ verò viatoribus, peregrinisque mercede parant, cauponæ, diversoriaque vocantur.

Hospitiolum, diminut. Ulpianus *in l. si verò, §. idem, ff. de iis qui de jec.* Idem erit dicendum, & si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit.

Hospitālis, e, adject. Quod est hospitis, sive quod ad hospitem pertinet. { *ἑσπῆσιον*. GALL. *Appartenant ou servant à loger.* ITAL. *Pertinente ad albergo.* GERM. *Das zu den gasten gehört.* HISP. *Cosa perteneciente al albergo, d hospederia.* ANGL. *Pertaining to lodging.* ¶ Livius *lib. 1.* Exceptus benignè ab ignavis consilii, quum post cœnam in hospite cubiculum deductus esset. Et *lib. 2.* Alii profecti domos tantum hospitalium beneficiorum: multos Romæ hospitium, urbanæque charitas tenuit. ¶ Accipitur item hospitalis, pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio. { *ἑσπῆσιον*, *φιλοξῆσιον*. GALL. *Qui est courtois & prompt à loger & recevoir les estrangers.* ITAL. *Cortese & liberale nell alloggiare & ricevere gli forestieri.* GERM. *Gastfrey.* HISP. *Hospedable, liberal para hospedar los estrangeros.* ANGL. *Courteous, ready to lodge, give lodging or receive strangers.* ¶ Cic. *3. Verr.* Homo qui semper hospitalissimus, amicissimisque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrum invitum in domum suam recepisse. ¶ Hospitalis Deus, dictus est Jupiter, quod in ejus tutela hospites esse credebantur. *ἑσπῆσιον*. ¶ Hujus compositum est Inhospitalis, hoc est, avarus, cuius domus hospitibus non patet. *ἑσπῆσιον*. Item locus inhospitalis, ad quem hospitibus non patet accessus. ¶ Hospitalia autem numerantur illa: Xenodochium, orphanotrophium, brephotrophium, bethotrophium nosocomium, gerontocomium, prochorotrophium (corruptè tocotrophium) leprosarium, eleemosynarium, de quibus vide suis locis. ¶

Hospitālitās, atis: Benignitas & facilitas in excipiendis hospitibus. *φιλοξῆσιον*. GALL. *Hospitalité, courtoisie & libéralité à recueillir & festoyer les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignità, liberalità da ricevere gli forestieri.* GERM. *Gastfreye/freundliche empfangung der gest.* HISP. *Hospedamiento y facilidad para hospedar.* ANGL. *Courteousness and benignitie in lodging strangers.* ¶ Cic. *lib. 2. Offic.* Rectè etiam à Theophrasto laudata est hospitalitas.

Hospitālitèr, adverb. Benignè, liberaliter. { *ἑσπῆσιον*, *φιλοξῆσιον*. GALL. *Libéralement, courtoisement, en recevant les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignamente, liberalmente.* GERM. *Gastlich/freundlich/gütesich.* HISP. *Hospedablemente y con amistad.* ANGL. *Courteously, liberally in receiving strangers.* ¶ Liv. *2. ab Vrbe.* Invitati hospitaliter per domos. Idem *lib. 6.* Moti extemplo Pattes, vocari eos jam tum hospitaliter magis, quàm hostiliter jusserunt.

Hospitōr, aris. Amicè in hospitium recipio. { *חַוּוּן לָלוּן*. *ἑσπῆσιον*. GALL. *Recevoir estrangers en son logis.* ITAL. *Allogiare, albergare.* GERM. *Beherbergen/freundlich aufnehmen.* HISP. *Hospedar a otro, dando la posada.* ANGL. *To receive in lodging.* ¶ vel hospitio utor. { *חַוּוּן לָלוּן*. *ἑσπῆσιον*. GALL. *Estre recem & logé en logis*

estranjer. ITAL. *Esser alloggiato, esser albergato.* GERM. *Beherbergt werden/freundlich aufgenommen werden.* HISP. *Ser hospedado.* ANGL. *To be lodged.* ¶ Seneca *de vita beata*, Quid enim est cur illis bonum locum invadeat? veniant, hospitentur. ¶ Et per translationem hospitari, pro in alieno solo crescere. Plin. *lib. 17. cap. 20. de castanea.* Nuda enim radice tota in sulco prosternitur. Tunc ex acumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice: sed translata nescit hospitari, pavetque novitatem.

Hospitūs, a, um, adject. ab hospite deductum: Peregrinus, externus, { *ἑσπῆσιον*. *ἑσπῆσιον*. GALL. *Hofte, ou estranger.* ITAL. *Albergatore.* GERM. *Stromb* HISP. *Huested, d estrangero.* ANGL. *Aguester stranger.* ¶ Virgil. *3. Æneid.*

— *Quò tutior hospita lustris*

Æquora.

Sic avis hospita, id est, peregrina, apud Statium *1. Achil.* Navis hospita. Ovid. *1. Fast.* Idem *Eleg. 12. lib. 3. Trist.*

Hospitāque in Ponti listore puppis erit.

Tetra hospita, apud Virg. *3. Æneid.* Ita Gell. *cap. 19. lib. 1.* Annus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum adiit, &c. ¶ Hujus compositum est Inhospitus: de quo suo loco.

Hōstīā, a, ab hostibus, quia post cætos hostes à sacerdote immolabatur. { *זֶבַח זֶבַח*, *זֶבַח חַגְבִּי*. *ἑσπῆσιον*. GALL. *Sacrifice, oblation.* ITAL. *Hostia, vittima.* GERM. *Ein schlachtopffer.* HISP. *El sacrificio, d cosa que se sacrifica.* ANGL. *Sacrifice, the beast killed in sacrifice.* Proprie enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficente, pro impetranda contra hostes victoria: aut quod profligatis hostibus mactari solebat ab eo, qui potius erat victoria. Ovid. *1. Pastor.*

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Festus putat hostiam proprie dictam fuisse sacrificium quod Laribus immolabatur, eo quod hostes ab illis arceri putabant: unde & ipsi Lares hostioli dicti sunt. Alii hostias ab antiquo verbo *hostio* dictas putant, quod apud antiquos inter alia significat ferio, vel retundo, ut probat Nonius hac auctoritate Pacuvii *in Tencro*, Nisi coërcuero protervitatem, atque hostiero ferociam. Gell. *cap. 6. lib. 4.* Hostis majoribus rem procurare. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Arcesse hostias, victimas, lanios, &c. Tibull. *lib. 4.*

— *nec illis*

Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Plaut. *Amphitr.* Faxo ut bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Pro eodem dicitur Victimam, quæ caditur victis hostibus. Ovid. *lib. 1. Pastor.*

Vitima, qua cecidit dextra victrice, vocatur.

Gell. hoc putat discriminis esse inter hostiam & victimam, quod hostia à quovis Sacerdote mactari posset, victimam tantum ab eo, qui hostes vicisset. ¶ Mactata hostia lenior, proverbiali figura dixit Horat. de mansuetis & spontaneis. ¶ *Hostia* item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamavit, & falso nomine Cynthiam appellavit. ¶ Est & *Hostia* oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostium: in qua tamen significatione rectius scripseris Ostia, sine aspiratione. Eam urbem Ancus Martius condidit, ut scribit Livius: Strabo verò *Geograph. 5.* Urbis Romæ Navale vocat, quò Tyberis erumpit eam præterlabens. Extenditur autem in Campaniam usque & Samnitium montes. Ejus situm, atque Tyberis cursus ab urbe Roma nemo elegantius descripsit Procopio *lib. 1. de bello Gothorum.*

¶ Hostiarium, lignum æquatorium, quo sextarius æquatur. Gl. A. L. Hostiarium, melius. ¶

Hostiatus, Adject. Hostiis, sive sacrificiis onustus. Plaut. *Rud.* Ergo vos æquius erat candidatas venire, hostiatasque: Ad hoc fanum ad isthunc modum veniri non solet.

Hōstīcūs, substantivum. Nomen Poëtæ fuit.

Hōstīcūs: Hōstīlīs: vide *Hostis*.

Hostiones, vel Hostiari, *ἑσπῆσιον*, *ἑσπῆσιον*. Populi juxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Cassinos, aliàs Cossinos vocat Stephanus.

Hōstīo, is, ab *ἑσπῆσιον*, *ἑσπῆσιον*: cum æquatio consistat in tanto quato, i. e. proportione. Æquam compensationem tribuo, vicem reddo. { *שְׂכָלָם*, *שְׂכָלָם*, *שְׂכָלָם*. GALL. *Egaler, unir, rendre la pareille.* ITAL. *Agguagliare, ricompensare.* GERM. *Mitdergelten/vergleichchen.* HISP. *Iguallar, rasar la medida, renumorar.* ANGL. *To recompense the lyk.* ¶ Plaut. *in Asinar.* Quin promitto, inquam, hostium contra, ut merueris, id est, æqua reddere, & talionem referre. ¶ Quandoque comprimo, coërcuo. Pacuvius *in Tencro*, ut citat Nonius. Nisi coërcuero protervitatem, atque hostiero ferociam. ¶ Quandoque offendo, cædo. Pacuv. *Erotopagnion lib. 2.* ut citat idem Nonius. Nunc id mihi molestum est, quod hostis voluntatem tuam. ¶ Hujus compositum est Rehostio, quod est vicem refero, ut inquit Festus.

Hōstīā, entum, i: Æquamentum, retributio, compensatio: ab antiquo verbo *hostire*, inter cætera significat æquare, vel æquum reddere, vel compensare. { *שְׂכָלָם*, *שְׂכָלָם*, *שְׂכָלָם*. GALL. *Retribution & égalité, la pareille, recompense de tant pour tant.* ITAL. *Agguagliamento.* GERM. *Ein widergeltung/vergleichung.* HISP. *Igualdad, como la rasadura.* ANGL. *A recompensing of the lyk.* ¶ Plaut. *in Asin.* Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Festus, Hostimentum est beneficii pensatio.

Hōstīā, ium, ii. *חַוּוּן מוֹחָאק*. GALL. *Vne rasoir, baston pour raser le bid quand on le mesure.* ITAL. *Il bastone da radere il grano, detto randa.* GERM. *Ein streichholz.* HISP. *El rasero de la medida.* ANGL. *A staff to measure wheat or other graine.* ¶ Lignum æquatorium, baculus quo modius & cætera mensuræ æquantur. Alio nomine Radius dicitur.

Hōstīās, is. { *חַוּוּן מוֹיֵב*, *חַוּוּן מוֹיֵב*. GALL. *Enemy mortel.* ITAL. *Inimico commune.* GERM. *Ein feind.* HISP. *El enemigo publico.* ANGL. *An enemy.* ¶ Communis generis, ab *hostio*, is, quod inter alia significat committere & retundere. Dicuntur autem hostes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus privata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hostis dicebatur, quem nunc vocamus peregrinum. Cicero. *1. Offic.* Equidem illud etiam animadvertito,